ADVERBIORUM GRAECORUM IN -ΩΣ CADENTIUM HISTORIA USQUE AD ISOCRATIS TEMPORA PERTINENS

DISSERTATIO INAVGVRALIS

QVAM AVCTORITATE ET CONSENSV AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM IN ACADEMIA PHILIPPINA MARPVRGENSI ORDINIS AD SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

FERDINANDVS IBER
ROLFSHAGENSIS-BORUSSUS

MARPVRGI CATTORVM A. MCMXIV
TYPIS CHR. SCHAAF

Dissertatio ab amplissimo philosophorum ordine
referente Theodoro Birt
probata die XXIII mensis Decembris anni MCMXIII

Theodoro Birt
sacrum

Unicuique qui Iliadem et Odysseam Homeri carmina perlegerit, magnae erit admirationi quod adverbia modi quae dicuntur in -$\omega\varsigma$ exeuntia rarissime sunt admissa id quod viros doctos iam pridem[1]) cognovisse facile est intellectu. Quae res cum ita sit, non indigna videtur in quam accuratius et fusius inquiramus neque parvi interesse puto indagare quam frequenter scriptores orationis et vinctae et solutae qui post Homeri aetatem floruerunt, adverbium illud usurpaverint atque demonstrare quo modo factum sit ut usus eius per temporum seriem magis magisque augeretur. Sed si de notione et vi, de usu et frequentia illius adverbii apud scriptores obvii quaestionem ab omni parte plane perfectam atque absolutam habere volumus, facere non possumus quin omnes locos quibus adverbium nobis obvenit quam accuratissime examinemus. Hanc ad quaestionem instituendam praeceptor meus carissimus Theodorus Birt invitavit praesertim cum historiam adverbii proferendam usque ad hunc diem nemo suscepisset.

Proposui igitur mihi perscrutari quo tempore adverbia singula orta sint, utrum semper idem significaverint an postea in aliam notionem abierint, quae adverbia rarius quae saepius inveniantur, quibuscum vocabulis sint conexa similiaque. Quod ad ordinem materiae quam tractaturus sum attinet, tres partes discernendae mihi videntur esse ita ut primum de frequentia, deinde de notione, postremum de copulatione adverbii disputem; ordo scriptorum natura praefinitus est:

---

1) Praetermissis multis libris sufficiat afferre: B. Delbrück, Vergleichende Syntax der indogermanischen Sprachen, Straßburg 1893, I, p. 561—562 (= K. Brugmann - B. Delbrück, Grundriß der vergl. Grammatik der indogermanischen Sprachen, Bd. III.). In universum de sermonis Homerici adverbiis quam pauca sint nuperrime disseruit Th. Birt, Kritik und Hermeneutik, München 1913, p. 53—54 (= J. v. Müllers Handbuch der klass. Altertumswissenschaft I, 3^{3}).

per singulos scriptores rem tractabo. In adverbiis colligendis omnes locos accuratissime quam potui respiciens examinavi Homeri carmina, Hesiodum, poetas iambicos et elegiacos, melicos, tragicos Aeschylum Sophoclem Euripidem; praeterea enotavi atque computavi adverbia quae exstant in Aristophanis comoediis duabus (Acharnensibus, Avibus), in libro Xenophonti adscripto qui *Ἀθηναίων πολιτεία* inscribitur, in Antiphontis orationibus, in Thucydidis historiis, in Isocratis panegyrico. Ut locos quibus adverbia occurrunt plenos congererem, ego ipse opera illa perlegi neque indicibus niti potui quippe qui si unum Homericum a Gehringio compositum excipis, usque adhuc desint.

Editiones adhibui has:

Homeri carmina rec. A. Ludwich. Leipzig; Ilias 1902/07, Odyssea: 1889/91.
Hesiodi carmina rec A. Rzach. Leipzig 1902.
Anthologia lyrica ed. E. Hiller-O. Crusius. Leipzig 1907.
Pindari carmina ed. W. Christ. Leipzig 1896.
Supplementum lyricum ed. E. Diehl. Bonn 1908.
Timotheos die Perser hrsg. v. Ulrich von Wilamowitz-Moellendorff. Leipzig 1903.
Aeschyli tragoediae ed H. Weil. Leipzig 1907 ^{2}.
Sophoclis tragoediae ed. W. Dindorf-S. Mekler. Edit. maior. Leipzig 1906^{6}.
Euripidis tragoediae ed. A. Nauck. Leipzig 1909 ^{3}.
Tragicorum Graecorum fragmenta rec. A. Nauck. Leipzig 1889 ^{2}.
Euripidis Hypsipylae fragmenta ed. H. van Herwerden. Utrecht 1909.
Tragicorum Graecorum fragmenta papyracea nuper reperta recogn. Art. S. Hunt. Oxford 1912.
Aristophanis comoediae ed. A. Meineke. Leipzig 1860.
Xenophontis qui fertur libellus de republica Atheniensium ed. A. Kirchhoff. Berlin 1874.
Antiphontis orationes et fragmenta ed. Fr. Blaß. Leipzig 1881 ^{2}.
Thucydidis historiae rec C. Hude. Edit. maior. Leipzig 1901.
Isocratis orationes ed. G. E. Benseler-Fr. Blaß. Leipzig 1907 ^{2}/1910 ^{2}.

Priusquam ad rem ipsam transgrediamur, liceat antea de origine et formatione adverbii in -*ως* cadentis pauca verba facere. Etsi non ignoro hac de quaestione cum sententiae diversae sibi obstent, difficile esse aliquid certi invenire, tamen meum esse puto conferre quae maioris momenti viri docti hac de re censuerunt. Neque ego quidem certe decernere ausim, sed satis habeo sententiam quae maxime probanda videtur, afferre et causis novis si fieri potuit confirmare.

Caput I.

De origine et formatione adverbii in -ως exeuntis.

Conspectum sententiarum diversarum ad huius adverbii formationem spectantium quae ad annum 1868 prolatae sunt, praebuit Eugenius Frohwein[1]) qui vir doctissimus aliis astipulat aliis repugnat. Sed iam tempus est sententias quae maximi momenti esse mihi videntur offerre.

Neque defuerunt neque desunt nostra etiam aetate qui etsi in adverbio in *-ως* terminato aliquem priscum casum se cognoscere haud abnuant, tamen ad adverbium formandum falsum praeceptum proferant atque sanciant quod aut ultimam dentalem *ν* genetivi pluralis adiectivi in sibilantem *ς* aut terminationem *-ος* stirpium in *ο* cadentium in *-ως* mutari iubeat. Unde evenit ut hanc regulam quippe quam facile observari posse concedendum est, non solum in omnibus grammaticis artibus quae hodie ad usum scholarum conscribuntur, sed etiam in aliis non paucis[2]) constitutam inveniamus. Sed eo modo adverbii huius antiquissima exempla — recentiora enim adverbia analogia sola duce ut formarentur fieri potuit — minime orta esse vel inde satis clare apparet quod pronomen *οὗτος* praebet adverbium *οὕτως* nec vero *τούτως* quod exspectamus, praeterea

---

1) E. Frohwein, De adverbiis Graecis, quae commentatio invenitur in G. Curtii Studien zur griechischen und lateinischen Grammatik I p. 63 sqq., Leipzig 1868.

2) cf. Aug. Matthiä, Ausführliche griechische Grammatik, Leipzig 1835 ^{3} I p. 679. — Phil. Buttmann, Ausführliche griechische Sprachlehre, Berlin 1839 ^{2} II p. 334, 4. — Januskowski, De adverbiorum Graecorum formatione, Programm, Bromberg 1850, p. 9 sq.

ex eo quod et ex Homeri carminibus et ex posterioribus libris complura adverbia quorum stirpis adiectiva numquam exstabant enumerari possunt quae adverbia per analogiam orta esse coniciamus necesse est.

Huius adverbii formam non referendam esse nisi ad ablativi casum qui prorsus evanuit Bopp[1]) ille vir sagax primus cognovit quae sententia mihi maxime probanda videtur. Viam a Boppio monstratam sunt ingressi permulti viri docti[2]) qui iudicant fieri non posse quin illa adverbii terminatio *-ως* ex ablativi prisci *-ωτ* nata sit. Tuo iure facile suspiceris hanc formam in *-ωτ* exeuntem aut in antiquissimis libris aut in inscriptionibus traditam ad nos pervenisse; immo vero, nusquam invenitur nisi uno loco quo esse usurpata videtur. Scriptum enim legimus in inscriptione quadam Boeotica quae Aegosthenis[3]) orta est vocem *ὅπωτ*; sed quin scriptura speciem erroris eius qui insculpsit prae se ferat haud dubitandum est; praeterea potest etiam consulto lapidarius hanc formam adhibuisse, nam ipse non Boeotus fuit voluitque dialectum Boeoticam imitari id quod ei male cessit; forma enim *ὁπόττοι* quam bis usurpavit commotus falso *ὅπωτ* formavit qua in explicandi ratione omnes viri docti quantum equidem compertum habeo inter se consentiunt.

De origine adverbii in *-ως* exeuntis permulti viri docti ut supra commemoravi, censuerunt haec: *-ως* syllaba ultima est orta ex *-ωτ* terminatione ablativi prisci lege linguae Graecae vigente ea qua littera *τ* finalis aut abicienda aut in *ς* mutanda est; e. c. in vocibus *κέρας* (ex *κέρατ*), *εἰδός* (ex *εἰδότ*). Quae sententia probabilior videtur intuenti in alias linguas Indogermanicas quae in adverbii fine idem suffixum praebeant. In

---

1) Fr. Bopp, Vergleichende Grammatik, Berlin 1857 [2] I p. 351.

2) cf. K. Brugmann, Griechische Grammatik, München 1900 [3] § 259. — G. Curtius, Studien I 63 und X 219. — Joh. Schmidt, Die Pluralbildungen der indogermanischen Neutra, Weimar 1889 p. 352 sqq. — B. Delbrück, Ablativ Localis Instrumentalis, Berlin 1867 p. 2. — G. Kißling, in Kuhns Zeitschr. XVII p. 195. — G. Meyer, Griechische Grammatik, Leipzig 1886 [2] p. 366 (Bibliothek indogermanischer Grammatiken III). — H. Hirt, Handbuch der griechischen Laut- und Formenlehre, Heidelberg 1902 p. 320 (Sammlung indog. Lehrbücher I 2). — R. Kühner-Fr. Blaß, Ausführliche Grammatik der griechischen Sprache, Hannover 1892 [3] I 2 p. 306.

3) compares S. G. D. J. n. 1145, 8.

lingua enim sanscritica adverbia stirpium in *a* cadentium exeunt in dentalem *t* quae optime respondet litterae *τ*; e. g. *samât* idem est atque *ὁμῶς* ex *σομῶτ* ortum quod attinet et ad formationem et ad significationem. In linguis Italicis positam videmus mediam *d* quae qua ratione litterae *t* sit substituta ignoratur. Hoc suffixum *d* in dialecto Osca semper servatum est, in Umbrica plane evanuit. A scriptoribus antiquissimis sermonis Latini raro usurpatum invenimus, multo crebrius in inscriptionibus quarum cum alias tum publice insculptas antiquum dicendi genus conservasse neminem effugere potest. Terminatio adverbii Latini in *e*, non *o* cadentis qua ratione orta sit, dubitant neque huius loci esse puto explanatius tractare hanc difficilem quaestionem quae ad propositum non spectet. Neque tamen taceo et exstitisse et esse qui illud *d* in antiquissimo Latinorum sermone obvium non ablativi suffixum primarium, sed paragogicum sive ephelcysticum esse intellegendum censeant cum littera *d* in inscriptionibus modo posita modo omissa inveniatur cuius rei mentionem fecit primus Quintilianus[1]) qui dicit: *ut Latinis veteribus d plurimis in verbis ultimam adiectam quod manifestum est etiam ex columna rostrata.* Sed haec explicatio minus veri similis mihi videtur quam illa, cum mihi persuasum sit litteram *d* formae principalis illis temporibus quibus paulatim evanescebat cum aliis locis tum in inscriptionibus publice positis esse servatam. Neque item mea quidem sententia res se habet in adverbio Graeco *οὕτω(ς)* cuius duplicem formam esse usurpatam constat; nam quid obstat quominus statuamus tenuem *τ* adverbii Graeci genuini eodem modo quo media *d* Latini plane evanuisse, litteram autem *ς* alia ratione adiectam esse? Itaque non pauci viri docti existimant illud *ς* omnino non nisi ad hiatum evitandum usitatum esse qua de re compares velim quae paulo infra referam.

Praetermittendum non esse puto quod Brugmann[2]) vir de re grammatica optime meritus de origine adverbii in *-ως* cadentis

---

1) vide inst. orat. I, 7, 12. De adverbii natura et genere verborum cui inserendum esset grammaticorum veterum alius aliud iudicavit qua de re conferas G. Fr. Schoemann, Opuscula acad. IV. Berlin 1871 pag. 221 sqq.

2) l. l. pag. 225.

iudicat. Stirpium in *ο* desinentium adverbia ex forma ablativi prisci orta esse etsi concedit, tamen adverbia stirpium quae in consonantes et in *υ* exeunt a casu instrumentali ut originem traherent fieri potuisse censet. Quae adverbia esse formata eodem modo quo *οὔπω, ὧδε, τῶ, ἄφνω, ἐπισχερώ* aliaque dorica adverbia. Littera *τ* in illis prorsus abiecta adverbia utriusque generis, quae iam eadem littera *ω* terminarentur, paulatim confusa esse. Tum demum litteram *ς* esse appositam quod qua ratione factum sit infra exponam.

Wiedemann[1]) cum Brugmanno consentit in eo quod monet comprobari non posse litteram *ς* adverbii ad nullam litteram indogermanicam nisi *t* referendam esse. Ad *ς* litteram explicandam ille vir Mahlowio[2]) praeeunte novam viam ingressus est. Suspicatur enim adverbium in -*ω* cadens ab origine instrumentalis numeri singularis, adverbium in -*ως* exiens instrumentalis pluralis fuisse. Quo modo duae formae *οὕτω οὕτως* quae eandem notionem haberent cum praesto fuissent, per se intellegi posse instrumentalem numeri pluralis usurpatum esse ne hiatus nasceretur. Sed haec sententia cum tantum absit ut confirmetur ut probabilitatis nullam speciem habeat, nostra aetate nemo est cui probetur. Praeterea mihi id mirum videtur quod Wiedemann certis argumentis non allatis suspicari pergit per analogiam huius duplicis formae *οὕτω(ς)* factum esse ut etiam ad terminationes -*ι*, -*υ* ubi res ferebat litteram *ς* additam esse. Haec enim adverbia et in vocalem et in *ς* cadentia quae non minus quam *οὕτω(ς)* ab Homero admissa sunt, iisdem quibus *οὕτω(ς)* temporibus vel etiam prioribus orta esse quis est qui refutare possit? Immo equidem verisimillimum habeo illorum adverbiorum originem prioris aetatis fuisse quam adverbiorum in -*ω* et -*ως* exeuntium quo fieri potuit ut analogia illorum duce ad haec littera *ς* adiceretur[3]).

In aliis adverbiis non ita multis littera *τ* terminationis principalis -*ωτ* quam statuimus prorsus evanuisse videtur quae res optime respondet illi legi in lingua Graeca vigenti quam supra

---

1) O. Wiedemann, Zu den litauischen Auslautsgesetzen, in K. Z. XXXII, p. 122.

2) G. H. Mahlow, Die langen Vokale *a e o* in den europäischen Sprachen, Berlin 1879, p. 86.

3) vide infra pg. 14.

commemoravi; quod quo melius cognoscas exempla afferam haec: *ἔφερον(τ), ἔλεγε(τ), ἄγαλμα(τ).* Hoc in numero non debet dubitari quin habenda sint adverbia localia et temporalia ut *ἄνω, κάτω, εἴσω, ἔξω, πρόσω, ὀπίσσω* atque comparativi et superlativi quae syllabis *-τέρω* et *-τάτω* terminantur. Tamen huic sententiae oppugnant viri docti non pauci: alii in his adverbiis instrumentalem casum priscum cognoverunt; alii cogitant de *κ* primitivo quod in fine interierit quam ad explicationem praepositiones quasdam linguae sanscriticae conferunt; neque desunt qui censeant haec adverbia casus vere locativos esse quorum terminationem *-οι* productione primum in *-ωι* tum in *-ω* esse mutatam. Sed haec sententia minime probanda videtur cum hoc *ι* quod vel optimis in codicibus post *ω* adscriptum inveniri concedendum est, nullo modo explicari possit nisi ex errore scribarum ineruditorum qui ad *ι* adscriptum dativi quod dicitur respiciebant.

Maximas difficultates praebet adverbium *οὕτω(ς)*; quaeritur enim qui factum sit ut Graeci litteram *ς* modo ponerent modo detraherent; accedit quod Iones velut Herodotus soli nusquam scripserunt *οὕτως*, sed ubique *οὕτω*. Neque vero si quaerimus utrum *οὕτω* an *οὕτως* forma principalis fuerit, quisquam certum responsum dedit.

De Wiedemanno vide supra pag. 10. G. Meyer itemque Brugmann l. l. iudicant litteram *ς* quae in adverbiis modi et in *οὕτως* occurrit, per analogiam eius *ς* quam praebent adverbia *ἄχρις, μέχρις, ἐγγύς, ἀμφίς*, ad ablativi formam cuius in fine illud *τ* prorsus evanuisset adiectam esse.

Quam sententiam sequendam esse negat Kappus[1]) monens hic de *ς* mobili quod dicitur agi, illic de constanter posito. Mea quidem sententia nihil obstat quominus statuamus illud *ς* mobile in adverbii modalis fine stabile esse factum.

Denique J. Schmidt[2]) aliam iniit rationem; existimat enim eandem legem qua in verborum structura dentales genuinae ante dentalem aut *ς* positae antiquissimis temporibus *ς* factae sint, in serie quoque finitimorum verborum valuisse. Qua de

---

1) C. Kappus, Der indogermanische Ablativ, Dissert., Marburg 1903 p. 6.

2) l. l., cf. Hirtium l. l. p. 176.

causa ex *οὕτωτ* forma prisca ortum esse *οὕτως* si dentales et *ς* subsequebantur; ante reliquas consonantes et omnes vocales illud *τ* omnino perisse. Quo factum esse ut *οὕτως* admitteretur etiam ante spiritum *h* eum qui ex littera *ς* originem cepit; postea demum increvisse licentiam. Huic quoque sententiae oppugnat Kappus l. l., cum usum adverbii apud Homerum obvium legi Schmidtianae omnino non respondere doceat. Nam ante consonantes ipsas — itaque ante *τ* ubi *οὕτως* exspectandum sit — nullo loco excepto *οὕτω* (42^iens^) inveniri[1]; ante vocales pluribus locis (20^iens^) *οὕτως*, sed *οὕτω* non crebrius quam quater. Praeterea *οὕτως* ante *ς* genuinam litteram positum non esse nisi duobus locis a Schmidtio laudatis qui sunt *Θ* 282 *οὕτως αἴ κέν τις*. *K* 37 *οὕτως ἤϑελε*. Denique sic Kappus concludit: Der Sprachgebrauch Homers spricht sehr stark gegen die Annahme, daß das *ς* von *οὕτως* aus *τ* infolge eines satzphonetischen Wandels und Ausgleichs entstanden ist. Sed mea quidem sententia his causis nihil demonstratum est nisi iam Homerum item atque scriptores posteriores in adverbio *οὕτω(ς)* usurpando aliam quamvis legem observavisse; tamen fieri potuit ut hoc *ς* ea lege quam Schmidt indicavit, iam ante Homeri aetatem oreretur id quod Kappus recte addidit cum diceret: Jedenfalls können wir den Wandel bei Homer, falls er wirklich einmal vorhanden gewesen wäre, nicht mehr konstatieren.

Sed pergamus. Valet enim de posterioribus scriptoribus idem fere quod de Homero. Etiam optimae orationis solutae aetate et ante consonantes et ante vocales utramque formam positam videmus qua de re subtiliter egit Schanz[2]. — Ceterum moneo codices aevi medii non raro voces tritiores per compendia decurtatas exhibere, ut terminatio non appareat; hoc valet de adverbio *οὕτω(ς)* quod saepius per compendia 8, *οῦ͂* sim.[3]) scriptum sit. — Iure autem suspicari licet *ς* ad *οὕτω* ne hiatus fieret adiectum esse. Si enim omnes locos quibus *οὕτω(ς)* obvenit examinaveris, nascitur suspicio haec et confirmatur.

---

1) hac in re varias codicum lectiones praetermitto.

2) M. Schanz, Novae commentationes Platonicae, Würzburg 1871.

3) cf. O. Lehmann, Die tachygraphischen Abkürzungen der griechischen Handschriften, Leipzig 1880 p. 101.

Quam sententiam ut illustrem ex poetarum quorundam carminibus omnia exempla exhausi et in comparationem vocavi Antiphontem et Thucydidem. Inveni haec: apud Homerum si codicum auctoritatem sequeris *οὕτω* constanter ante consonantes positum vides, ante vocales ubique *οὕτως*, nusquam *οὕτω* nisi quattuor locis qui excipiendi esse videntur[1]. Sunt hi: *Γ 169 οὕτω ἐγών. γ 315 = ο 12 οὕτω ὑπερφιάλους. ζ 218 οὕτω ἀπόπροθεν.* His enim quattuor locis agitur de hiatu prosodiaco qui vocatur. Quem hiatum qui inter dipthongos vel vocales longas quae in thesi positae sunt, et vocales breves vocis insequentis locum habet, Homerum minime pro hiatu accepisse inter omnes constat; pro multis exemplis affero haec: *α, 1 ἄνδρα μοι ἔννεπε. α, 2 πλάγχθη ἐπεί.* Ad alios scriptores ut me convertam, inspicias quaeso calculum hunc:

ponit

scriptor	*οὕτω(ς)* in versus vel enuntiati fine	*οὕτω* ante		*οὕτως* ante	
		consonantes	vocales	vocales	consonantes
Hesiodus	2 locis	2 locis	—	2 locis	—
Pindarus	—	8 iens	—	2 locis	—
reliqui lyrici	1 loco	14 iens	—	13 iens	2 locis
Antiphon	—	13 iens	—	11 iens	1 loco
Thucydides	3 locis	64 iens	3 locis[2])	65 iens	7 iens

Ex numeris compositis satis clare apparet antiquissimos poetas observavisse legem quam dixi: litteram *ς* ad *οὕτω* adiecerunt ut hiatum evitarent. Sed haec consuetudo per temporum seriem non severe servata videtur esse. Nam inde a poetarum lyricorum aetate *οὕτως* ante consonantes quoque positum invenimus neque adeo *οὕτω* ante vocales recentiores scriptores admittere veriti sunt quos qua de causa illam regulam non observaverint, nescio; utique raro eos peccavisse tenendum est.

---

1) Versus in quibus *οὕτω(ς)* ultimum metri locum habet, ad hanc quaestionem nullius momenti sunt.

2) ii sunt II 13, 6; V 104; VI 2, 4.

Denique ut ad finem perveniam de origine formatione historia adverbii in *-ως* cadentis graviora breviter complectar, ea imprimis quae maximam veri speciem habere mihi videntur.

Rerum natura datum est adverbia loci et temporis *ἄνω, πρόσω* sim. item a pronominibus derivata adverbia priora fuisse; haec adverbia ab ablativo prisco formata littera *τ* abiecta olim in *-ω* cadebant. Sed paulo post quia hiatus vocalibus insequentibus molestus videbatur, ex similitudine talium adverbiorum ut *μέχρις, ἐγγύς* litteram *ς* adiecerunt, quae observatio maxime ad *οὔτω* et *οὕτως* pertinet; interdum vero hoc *ς* etiam ad variam notionem indicandam usurpatum est, e. c. in *πω* et *πως*.

Multo postquam illa adverbia temporalia localia pronominalia orta erant, in usum loquendi venire coeperunt ea adverbia, quae ab adiectivis nominibus deflexa sunt et iis quidem quorum stirps in *o* cadit; dico *καλῶς* similia quae adverbia vere proprieque modum actionis significant. Etiam haec adverbia pro ablativo habuerim. Concedo quidem id admirationi esse quod haec adverbia ex initio per omne aevum in *ς* exierunt. Certo diiudicari non potest littera *ς* utrum in his ex *τ* an ex alia quadam littera orta sit. Quam ob rem verisimilius dico *ς* per analogiam adverbii *οὕτως* sim. quae supra commemoravi eis adiectum idemque ad hiatum certissima lege evitandum consequenter et ante vocales et ante consonantes positum esse. At etiam longe aliam viam ut ingrediamur fieri potest, qua litterae *ς* in his adverbiis stabilitatem explicemus. Haec est sententia quam Th. Birt praeceptor meus carissimus mecum communicavit. Agitur de comparationibus quae apud Homerum nomine et *ὥς* particula ita efficiuntur ut *ὥς* postponatur; dico *θεὸς ὥς* sim. Haec locutio quae est *θεὸς ὥς* sim. aut omnia me fallunt aut prius in sermone Graeco exstitit quam ipsa adverbia *καλῶς* sim. Itaque *αἰσχρῶς* ex ratione loquendi qua *αἰσχρὸς ὥς* dicebant, natum esse conici potest. Certe comparationes illae *θεὸς ὥς* sim. adverbii locum obtinent et vicem gerunt, quia modum quo quid agitur indicant. Idem autem adverbii ipsius primum officium fuisse, ut modum quo quid agitur indicet, postea demonstrabo. Hanc explorandi rationem primo quidem obtutu parum probabilem licet habeas; sed infra

(cf. pg. 28—32) eam aliis causis confirmabo tuque lector benigne eo usque iudicium tuum velim cohibeas.

Hactenus de stirpibus adiectivorum in *ο* cadentium. Ab his enim prius adverbia fingebantur. Postea ex eorum similitudine terminatio -*ως* cuius naturam homines iam non intellegebant, etiam ad stirpes quae in consonantes *σ τ ν* et vocalem *υ* exibant annexa est. Quas adverbiorum formationes recentiores fuisse ex libris qui nobis permanserunt satis dilucide apparet: nam adverbia stirpium in *ο* cadentium apud vetustissimos multo crebrius inveniuntur quam stirpium in consonantes et *υ* exeuntium. Cum illa tum haec adverbia per temporum decursum adaucta esse observabimus, et indidem illud quoque factum est ut adverbia antiqua ut *ὦκα, ὄχα, πύκα, ἦκα, λίγα, ῥίμφα, τάχα, ῥεῖα, ῥέα* quae ad instrumentalem casum referenda esse Kissling [1]) existimat, ex sermone paulatim eicerent. Haec adverbia loco illorum posita apud poetas veteres etsi saepissime [2]) se offerunt, tamen recens forma adverbialis in -*ως* cadens iam apud Homerum iuxta admittitur; e. g. *λιγέως* praeter *λίγα, πυκινῶς* praeter *πύκα, ῥηιδίως* praeter *ῥεῖα, ταχέως* praeter *τάχα*. At comparativi et superlativi formae neutrius generis quae ex initio adverbii vice fungebantur, in omne tempus paucis exceptis [3]) conservabantur; nam in comparativis et in superlativis syllaba -*ως* semper molesta visa est et intolerabilis.

Praeterea ut historiam huius adverbii in universum conficiamus, observari potest syllabam *ως* ad *σ* litteram finalem prius accrevisse quam ad reliquas consonantes finales et vocalem *υ* quae res confirmari videtur duabus causis. Primum haec adverbia apud Homerum crebrius exstant quam illa quorum stirpes in *τ ν υ* exeunt; deinde littera *ε* abundans adverbii *προφρονέως* quod Homerus quinquies, Hesiodus bis praebet, facillime explicari potest eo ipso quod terminatio -*ως* a *ν* littera [4])

---

1) l. l. pag. 202.

2) cf. enumerationem infra compositam.

3) Inspicias infra meas enumerationes; vide quoque de hoc adverbii genere Ianuskowski, De adverbiis a verborum participiis et ab adiectivorum comparativis atque superlativis formatis, progr., Bromberg 1862.

4) continuatur disputatio mea in pagina 18.

Adverbia in -ως cadentia usurpavit

scriptor	ο-stirpium[1])	ς-stirpium[1])	τ-stirpium[1])	υ-stirpium[1])	ν-stirpium[1])
Homerus	48[2])	17	2 πάντως τεχνηέντως	2 λιγέως ταχέως	1 προφρονέως
			novavit		
Hesiodus	4	3	—	—	—
Elegiaci et iambici	27	9	—	—	[primum: προφρόνως]
Melici	12	7	1 πρεπόντως	2 βροχέως ὠκέως	2 εὐφρόνως[3]) φιλοφρόνως[3])
Aeschylus	80	12	3 ἀρκούντως εἰκότως φρονούντως	—	5 ἀφρασμόνως δυσφρόνως[3]) σωφρόνως[3]) τλημόνως ὠμοφρόνως[3])
Sophocles	40	8	2 εἰωθότως ἐπαρκούντως[3])	2 εὐθέως ἡδέως	2 ἀφρόνως[3]) μειόνως
Euripides	37	10	3 ἀραρότως ἀρεσκόντως ὄντως	—	3 ἀπραγμόνως εὐδαιμόνως μειζόνως
Antiphon	7	—	—	—	2 ἐλασσόνως κρεισσόνως
Thucydides	61	10	4 ἀπεικότως[3]) ἀποχρώντως διαφερόντως προσηκόντως	2 βραδέως ὀξέως	—
			usurpavit		
Thucydides	104[2])	24	7	6	3

1) Ut ita dicam pro: stirpium in ο ς τ υ ν exeuntium.

2) His in calculis adverbia pronominalia et tempus atque locum indicantia qua de causa omiserim infra cognosces.

3) Haec adverbia composita quae eandem formam simplicem -φρόνως atque Homericum προφρονέως contineant, plane novata haberi non possunt; idem valet de ἀπ-εικότως, ἐπ-αρκούντως.

Usurpavit

scriptor	aetatis	in opp.	quae habent versus	adverbia in -ως		millenis in versibus adverbia	
				diversa	locis	div.	locis
Homerus	IX.—VIII. s.	Iliade	15693	48	182	3	11,4
	VIII. saec.	Odyssea	12111	56	242	4,5	19,9
Hesiodus	circa 700	carminibus	2330	27	42	12	18
Elegiaci et iambici	VII.—VI. saec.	„	2675	44	88	16,4	32,8
Melici	VII.—V. saec. iniens	„	1663	28	39	16,8	23,4
Pindarus	498—450	„	3885	17	27	4,3	6,9
Aeschylus	ca. 475—458	diverbiis	4552	102	224	22,4	49,2
		anapaesticis metris	706	20	28	28,3	39,6
		canticis	2859	45	64	15,4	22,4
Sophocles	ca. 445—405	diverbiis	7765	70	281	9,1	36,2
		anapaesticis metris	413	9	9	21,8	21,8
		canticis	2162	19	23	8,8	10,6
Euripides	ca. 440—400	diverbiis	18654	111	735	5,9	39,4
		anapaesticis metris	1490	18	29	12,1	19,4
		canticis	5893	25	36	4,2	6,1
Aristophanes	425/414	Acharn. et Avibus	2999	40	85	13,3	28,3
Ps. Xenophon Antiphon	424/420	Republica Ath., oration. I.—V.	2642	55	250	20,8	94,6
Thucydides	ca. 410	Historiis I.—VIII.	19943	144	719	7,2	36,1
Isocrates	380	Panegyrico	1470	72	131	49	89,1

finali stirpis *φρον-* aliena erat quae sententia Kisslingio[1]) probatur[2]).

Historia adverbii ab adiectivorum diversis stirpibus formati ut facilius cognosci possit, tabellam composui quae quot quisque scriptor adverbia novaverit vel primus usurpaverit demonstret; inspiciatur tabula quam interposui pg. 16.

Sicut copia verborum sermonis Graeci paulatim per saecula maximopere aucta est, idem valere de adverbiis per se intellegitur. Quod ut clare illustrem conscripsi alterum indicem; inspicias tabellam pg. 17 constitutam.

Egregie his meis tabellis illustratur qua ratione linguae humanae mutent atque increscant. Nam praeclare ex eis apparet usum adverbii per saecula mirum in modum locupletatum esse. Exstant enim in Iliade millenis in versibus non nisi tria exempla, apud Isocratem fere quinquaginta.

Iam vero in altero capite huius libelli de usu ipso adverbiorum apud scriptores singulos obvio disserendum mihi erit. Nam usus apud alium alius praevalet neque notiones copulationesque apud omnes eaedem comparent.

---

1) l. l. pag. 196.

2) Cum diutius occupatus essem in hoc opusculo et caput prius iam pridem perfecissem, inveni commentationem von Hagenii quae inscribitur Die Bildung der griechischen Adverbien (progr., Neuhaldensleben a. 1905). Quem virum doctum in historia adverbii in *-ως* cadentis proferenda in universum mecum conspirare valde me delectat praesertim cum de *ς* in adverbio exeunte constanter positi origine similem explicandi rationem praebeat quam afferre mihi liceat verbis eius exscriptis (pag. 4): „Der allgemeinen Einführung der Erweiterung (nämlich des *ς*) lag vielleicht ein Differenzierungsprinzip zugrunde, das Bestreben, die Lokal- und Temporaladverbien meist pronominalen Stammes von den rein modalen Adverbien der Adjektiva zu sondern". Ceterum numerus adverbiorum in Homeri carminibus obviorum non recte ab illo viro docto computatus est: ille enim Homerum non plura adverbia in *-ως* desinentia quam 57 usurpavisse dicit, ego 70 eiusmodi adverbia e carminibus ipsis exscripsi.

Caput II.

De usu adverbii in -ως cadentis apud scriptores obvio.

Statim ad rem ipsam accedamus et initium faciamus ab

Homeri

carminibus Iliade et Odyssea. Inveni in

Iliade

1. adverbia temporalia et localia haec[1]).

ἄνω: *Ω* 544.

δεύρω: *Γ* 240.

εἴσω: *Α* 71 (U[a]: *ἴσω*); *Γ* 322; *Δ* 460; *Ζ* 10, 284, 422; *Η* 131, 270 (X: *ἔσσω*); *Θ* 549; *Λ* 44, 263, 682; *Μ* 459; *Ν* 553; *Ξ* 457; *Π* 340, 364; *Ρ* 159, 163; *Σ* 58, 60, 282, 439, 441; *Φ* 117, 125, 246; *Χ* 425; *Ω* 145 (X: *εἴσῳ*), 246.

ἔσω[2]): *Ω* 155, 184 (M[1]: *ἔξω*), 199.

ἐξοπίσω: *Λ* 461; *Ν* 436 (H: *-σῳ*; D[1]: *-πίσσω*); *Ξ* 438; *Ρ* 108 (H[b]: *-πίσσω*), 357; *Χ* 467 (G: *-πίσσω*); *Ψ* 727 (L: *ὀπίσσω*).

---

1) Quibus locis memoriam propemodum certam esse inveni, varias lectiones in enumerandis adverbiis praetermisi, sed adscripsi tantummodo eas quae maioris momenti esse mihi videbantur. Codicum siglis usus sum iisdem quae editores quos supra pg. 6 citavi adhibuerunt.

2) *ἔσω* metri ratione coactus poeta posuit pro *εἴσω* eademque causa *ὀπίσω, πρόσω*.

ἔξω: *K* 94 (U[b1] om. *ἔξω;* Apoll. Soph.: *ἔξωθεν*); *Λ* 457; *P* 265; *Ω* 247 (*Π*[b1]: *εἴσω*).

κάτω: *P* 136.

ὀπίσσω[1]): *A* 343; *Γ* 109, 160, 261, 311, 411; *Δ* 37, 270; *E* 443, 599, 605, 701; *Z* 352 (A: *-πίσσωι*), 357, 450 (A: *-πίσσωι*); *I* 507; *M* 272; *N* 193 (A: *-πίσσωι*); *O* 304, 497, 735; *Π* 710; *P* 752; *Σ* 250; *T* 394; *Y* 119; *Φ* 30; *X* 19, 488; *Ψ* 433.

ὀπίσω[2]): *Γ* 218; *M* 205; *Σ* 160; *X* 137.

πρόσσω: *A* 343; *Γ* 109; *Λ* 572, 615; *M* 274; *N* 291; *O* 543; *Π* 265, 382, 611; *P* 527, 734; *Σ* 250.

πρόσω[2]): *P* 598; *Σ* 388 (J: *προτέρω*).

προτέρω: *Γ* 400 (G, lm. R, Eust. cum *γρ'καί: -ρῳ; Π* N[a1] Y[c] Eust.: *-ρων*); *Δ* 507 (G U[a] X: *-ρῳ*); *E* 672 (A G: *-ρῳ*; B: *-ρω∗*); *I* 192, 199 (A: *-ρω∗*); *K* 469 (G: *-ρῳ*); *Σ* 387 (A S: *-ρωι*); *Ψ* 490 (A H U[b]: *-ρῳ*), 526 (A U[b] X: *-ρῳ*).

2. adverbia a pronominibus derivata.

αὔτως[3]): *N* 104; *O* 128; *P* 143 (lm. A: *αὐτός*), 633; *Σ* 584 (Zenod.: *οὔτ-*).

αὔτως: *A* 133, 520; *B* 138, 342; *Γ* 220, 339 (U[a]: *αὐτὸς*); *E* 255 (I T L: *οὔτ-*); *Z* 400 (W[b]: *αὐτῆς*); *H* 100, 430; *I* 195, 599 (H: *οὔτ-*); *K* 25, 50; *Λ* 388 (An. Ox. III 69, 19: *οὔτ-*); *N* 810 (S B M D[b] G H I T D[d] X Z, Plut. Is. et Osir. 361[a]: *οὔτ-*); *Ξ* 18; *O* 513; *Π* 117; *P* 450; *Σ* 198 (N Y[b] Y[c] L H[b], Zenod., Aristoph.: *αὐτὸς*), 338; *Y* 348; *Φ* 474; *X* 125, 484; *Ψ* 74, 268, 621 (H: *οὔτ-;* P[1] om.); *Ω* 413 (G Y[s1] E[c] U[d] Eust.: *οὔτ-*), 726.

ὁμῶς: *A* 196, 209; *E* 535; *Θ* 214; *I* 312, 320, 605; *Λ* 708; *Ξ* 72; *O* 98, 257; *P* 422, 644; *Φ* 62, 521; *Ω* 73.

ὅμως: *M* 393.

---

1) saepius *σ* simplex scribitur in manuscriptis; idem valet de *πρόσσω*.

2) saepius falso scriptum videmus in codicibus *ὀπίσσω, πρόσσω;* cf. supra *ἐξοπίσσω*.

3) De hoc adverbio disputavit Godofr. Hermannus in opusculorum vol. I, Leipzig 1827, pag. 338.

οὕτω: *Α* 564; *Β* 116, 120, 158, 174; *Γ* 42, 169, 170 (*Π*: *οὔπω*); *Ε* 249 (Bekker: *-τως*), 717; *Θ* 244, 447; *Ι* [23 Aristoph., Aristarch. *ἀθ.*, Zenod. om.] 40, 524; *Κ* 141, 192; *Λ* 382 (I: *-τως*); *Ν* 77, 225 (Bekk., Nauck: *-τως*), 309 (*Π*, Bekk.², Nauck: *-τως*), 620, 825 (L: *-τως*); *Ξ* 69, 88 (*Π*ˣ: *τως*), 366; *Ο* 201, 376, 553; *Φ* 184 (M, Bekk., Nauck: *-τως*; Pˣ: *οὗτος*), 412; *Ω* 373 (X: *οὔπω*).

οὕτως: *Α* 131; *Δ* 178, 189, 243 (sch. B *Χ* 1: *αὔτ-*), 307 (A S B M *Ω*, Eust.: *-τω*); *Ε* 218 (P: *-τω*); *Ζ* 55 (Pᵇ, Ioann. Al., Eust.: *αὔτ-*; Eᶜ: *αὖτ-*); *Η* 198 (H, Doederl.: *αὐτ-*), 407 (G, Eust. 25, 45: *-τω*); *Θ* 282; *Κ* 37, 129, 385; *Ν* 447 (D Dᵇ I Uᵇ Y Yᵇ Z, Zenod., Tzetz., Eust.: *αὔτ-*; P: *αὐτ-*; X: *αὔτην*); *Ρ* 647; *Τ* 155; *Φ* 106 (Pˣ: *-τω*; Eᵇ Eᵈ X, Diog. La., Eust.: *αὔτως*; Doederl.: *αὐτ-*); *Χ* 498 (S M H Uᵇ² P, Bothe: *οὗτος*).

τέως s. *τῶς*[1]): *Β* 330 (al.: *τοσσ', ϑ'ὥς, δ'ὥς*); *Γ* 415; *Ξ* 48 (vide *Β* 330); *Ω* 658.

Praeterea creberrime occurrunt: *πῶς* et *πω(ς)*; *ὧδε*; *ὥς* et *ὡς*; *ὡς* et *ὥς*; *ὥσπερ* et *ὥστε*.

3. adverbia a nominum et verborum stirpibus profecta in *-ως* exeuntia.

ἁδινῶς: *Τ* 314 (al.: *ἁδ-*; al.: *ἀδ-*).

ἀιδήλως: *Φ* 220.

ἀικῶς: *Χ* 336 (*Σ* H I Cᵇ Oᵇ Uᵈ Eust.: *ἀεικῶς*; Porph. qu. Il. 334, 24: *ἀεικελίως*; Did. Aᵗ: *οἱ περὶ 'Αντίμαχον ἐπὶ γνωριμώτερον „ἑλκήσουσι κακῶς“*).

αἰνῶς: *Α* 555; *Γ* 158; *Ε* 352; *Ζ* 441; *Η* 97; *Θ* 397; *Ι* 244; *Κ* 38, 93, 538, 547; *Ν* 165, 481; *Σ* 261; *Τ* 23; *Υ* 29; *Χ* 454; *Ω* 198, 358.

αἰσχρῶς: *Ψ* 473 (Nauck: *αἰσχροῖσιν ἔνισσεν?*).

ἀκηδέστως: *Χ* 465; *Ω* 417.

ἀκλειῶς: *Χ* 304.

---

1) Cf. Joh. Berger, De Iliadis et Odysseae partibus recentioribus, Diss., Marburg 1908, pag. 25.

ἄλλως: *E* 218; *I* 699 (P[w]: *ἄλλων;* A[t]: *γρ'καὶ „αὔτως“*); *Λ* 391; *Ξ* 53 (G[1]: *-λων;* X: *-λω*); *T* 401; *Υ* 99 (X: *-λων*); *Ψ* 144 (X: *-λος*).

ἀνεκτῶς: *Θ* 355 (H[b]: *-κτῇ*).

ἀπηλεγέως: *I* 309 (U: *ἀπηλυγέως*).

ἀσκελέως: *T* 68.

ἀσπασίως: *H* 118 (Nauck: *-πάσιον?*); *Λ* 327 (Nauck: *-πάσιοι?*); *Σ* 232 (Nauck: *-πάσιοι?*), 270 (Cobet: *-πάσιος*); *T* 72 (Cob.: *-πάσιον*); *Φ* 610 (A C[b] O[b], Ludwich: *ἐσσυμένως*).

ἀσφαλέως: *N* 141; *P* 436; *Ψ* 325 (L Y[b]: *-λῶς*).

ἀτρεκέως: *B* 10; *K* 384, 405, 413, 427; *O* 53; *Ω* 380, 656 (*N*: *γρ'καὶ „ἀτρέως ἀγόρευσον“*).

ἀφραδέως: *Γ* 436; *M* 62; *Ψ* 320 (X: *-δέος*), 426.

ἐκπάγλως: *A* 268; *B* 223, 357; *I* 238.

ἐμμαπέως: *E* 836 (U[b2]: *γρ' „ἐμμεμαῶς“*).

ἐνδυκέως: *Ψ* 90 (U[d]: *-δυκαίως*); *Ω* 158 (H L: *-δικέως;* P[x]: *ἐσσυμένως*), 187 (L: *-δικέως*), 438 (Y[b1]: *-δυκαίως*).

ἐπιζαφελῶς: *I* 516 (Bekk.[2]: *-φέλως*).

ἐπικρατέως: *Π* 67, 81 (S: *-ταίως*); *Ψ* 863 (P: *-τερῶς*).

ἐυκλειῶς: *X* 110.

θεσπεσίως: *O* 637.

θοῶς: *Γ* 325, 422; *E* 533, 722, 748; *Θ* 219, 392 (Y[1] om. *θοῶς;* C[b]: *θοᾶς*); *Π* 145.

κακῶς: *A* 25, 379; *B* 253; *E* 164, 698; *I* 324, 551 (G H T[1]: *-κός*); *Φ* 460.

καρπαλίμως: *A* 359, 435; *B* 17, [168 ex *B* 17, al. add., al. om.; Wolf, Ludw. del.]; *Γ* 117; *E* 868, 904; *Θ* 506, 546; *I* 708; *K* 346, 513; *Λ* 118; *N* 296; *Ξ* 461; *P* 482; *T* 115; *Υ* 190; *X* 159; *Ψ* 408; *Ω* 327, 441.

κραιπνῶς: *K* 162 (M X[b1]: *σφοδρῶς*); *Ξ* 292 (I: *τερπνῶς*); *O* 83, 172.

κρατερῶς: *Θ* 29; *I* 431, [694 Aristoph., Aristarch.: *ἀθ.*; Zenod. om.; Wolf, Bekker, Nauck del.]; *Λ* 410; *M* 152; *N* 16, 56, [90 H D[d]: *-τερῶς;* cet.: *-τεράς*], 353; *O* 666; *Π* 501; *P* 559; [*Φ* 566 H[b]: *-τερῶς;* cet.: *-τερός*].

λευγαλέως: *N* 723 (S: *-λέων*).

λιγέως: *Γ* 214; *T* 5 (S N^b: *λιγαίως*); *Ψ* 218 (Y^b: *λυγέως*).

λυγρῶς: *E* 763.

μαψιδίως: *E* 374; [*Φ* 510 ex *E* 374 al. add., al. om.; Wolf, Bekk., Nauck damn.].

μεγάλως: *P* 723.

νωλεμέως: *Δ* 428; *E* 492; *N* 3, 780.

ὀτραλέως: *Γ* 260; *T* 317.

πάντως: *Θ* 450.

περιφραδέως: *A* 466; *B* 429; *H* 318; *Ω* 624.

προφρονέως: *E* 810, 816; *Z* 173; *H* 160; *P* 224 (lm. A: *-νέος*; L ap. Porph.: *-νέον*).

πυκινῶς: *I* 475; *T* 312 (Y: *-κινῶ*); *Φ* 293, 535.

ῥηιδίως: *Δ* 390; [*E* 808 Zenod., *Ω* add.; Aristarch. om.; Bentl., Wolf, Bekk., Nauck damn.]; *I* 184; *Λ* 114; *M* 448; *Π* 690 (*Σ* A S^2 H^1 U^d, sch. T om.; H^2 in m. add.; Wolf, Bekk., Nauck damn.), 846; *P* 178, 283 (N: *-δίους*; L: *ἐνιδίους*); *X* 19, 140 ($Π^x$: *καρπαλιμ . .*; Y^b X: *ῥηδίως*).

στερεῶς: *I* 510; *K* 263; *Ψ* 42, 715 (C^b: *στερρῶς*; I P^x Y^b X Y^c: *στυγερῶς*; P: *κρατερῶς*).

στιβαρῶς: *M* 454.

στυγερῶς: *Π* 723.

ταχέως: *Ψ* 365 (Bothe coni. *ταχέων* vel *-χεῶν*).

ὑπερφιάλως: *N* 293; *Σ* 300 (E^b: *-φιάλοις*).

φίλως: *Δ* 347.

χαλεπῶς: *H* 424 (M I^2 W P^x U^b P E^c Z^1: *-πόν*); *Y* 186 (U^b: *-πός*).

4. adverbia a participiis formata.

ἐπισταμένως: *H* 317; *K* 265; *Ω* 623.

ἐσσυμένως: *Γ* 85; *O* 698; *Ψ* 55, 172, 364 (G om., G^2 i. m. add.), 511; *Ω* 124 (S^1: *ἐσυμέ-*; X: *ἐσσημέ-*);

Odyssea

1. adverbia temporalia et localia in -ω exeuntia.

ἄνω: λ 596.

ἀσσοτέρω: ρ 572; τ 506 (P: ασσοτέρῳ).

εἴσω: γ 427; δ 775; η 6 (P: ἔσω), 13, 135; ϑ 290 (F: εἴσατο, F² superscr. ω); ι 524; κ 91; λ 150, 627 (D: ἔσω, superscr. εἴ-); ο 40; π 41; ρ 30, 256; σ 96, 110; τ 4, 182, 193; φ 229; χ 187; ψ 252; ω 214.

ἔσω: η 50; λ 579; σ 49; ψ 24.

ἑκαστέρω: η 321 (Ω F², U post corr., sch. H² X ν 119: ἑκατέρω; F: ἑκατερϑεν).

ἐξοπίσω: δ 35 (F: -πίσσω); ν 144 (M: -πίσσω).

ἔξω: κ 95; μ 94; ξ 526; χ 378; ψ 138.

κάτω: ψ 91.

ὀπίσσω: α 222, 240; β 179, 367; ζ 273; η 326; ι 511; λ 149, 279, 433, 483; μ 437; ξ 137, 232, [370]; ρ 188; σ 122, 132; τ 330; υ 199; ψ 119; ω 33, 452.

ὀπίσω: ϑ 375; μ 410; π 150.

πρόσω: ι 542; φ 369; ω 452.

προτέρω: δ 36 (G: -τέρωι), 667; ε [91], 417; ι 62, 64, 105 (U: -τέρῳ), 565 (P: -τέρῳ); κ 77 (P: -ρῳ), 133; ξ 356 (P: -ρῳ); ο 109 (P: -ρῳ); ω 475 (P: -ρῳ).

τηλοτάτω: η 322 (sch. H²: τηλοτάτα; sch. X ν 119: τηλοτάτην).

2. adverbia pronominalia.

αὔτως: μ 284; π 111; υ 238.

αὔτως: γ 64; δ 665; ζ 143, 166; ι 31; ν 281, 336 (Aristarch.: ἀϑ.); ξ 151; ο 83 (Voss ci. αὔτω); π 143, 313; ρ 309; υ 130 (F Z: αὐτός), 379 (P: αὐτός); φ 203, 225; χ 114; ω 409.

ὁμῶς: δ 775; ϑ 542; κ 28, 80; ν 405; ξ 156; ο 34, 39, 476; ψ 332; ω 63, 415.

οὕτω: β 334; γ 315 (S: -τως); δ 148, 485, 543 (F: -τως; E D I K Q: αἰεί); ε 146, 204, 377; ζ 218 (T U K W, H² p. corr.: -τως); ϑ 315, 465; ι 262, 419 (I: οὔπω); λ 197, 340, 348; μ 37; ν 239 (Ω: οὕτω νώνυμος; F X D: οὔτ' ἀνώνυμος; Z, U² cum γρ': οὔτ' ἀνών-); ξ 402 (F: οὔπω, F² corr.); ο 12 (D, Eust.: -τως), 180, 272, 484; π 99; σ 173, 222, 236, 255 (Bekk.: -τως); τ 128 (Bekk.: -τως), 370 (P: -τωι), 383; χ 488; ψ 98 (X: -τως), 202.

οὕτως: γ 223, 358 (Ω: -τω; Bekk.: -τως); ϑ 167, 543 (Ω: -τω; Eust., Bekk.: -τως; H²: γρ' „ἐστί"); κ 378; ξ 440; ο 341; π 31; ρ 447 (Voss. ci. οὕτω), 494, 599; τ 300 (F P D, U a. corr.: οὗτος); φ 257.

Praeterea saepissime inveniuntur: πῶς et πω(ς); ὧδε; ὥς et ὣς; ὡς et ὧς; ὥσπερ et ὥστε.

3. adverbia a nominum et verborum stirpibus formata in -ως cadentia.

ἀεικελίως: ϑ 231; π 109; = υ 319.

αἰδοίως: ι 243 (H: -δοῖος, H² corr.).

αἰνῶς: α 208, 264; β 327; δ 441, 597; ζ 168; ι 353, 379; ρ 24; σ 80; τ 324; χ 136; ω 353.

αἰσχρῶς: σ 321.

ἀκλειῶς: α 241 (H: ἀκλεῶς); = ξ 371 (Nauck: ἀκλεέως).

ἄλλως: ε 286; ϑ 176 (H P: ἄλλος, H² P² corr.); ι 267; ξ 124; ο 513; ρ 577; υ 211 (F H: ἄλλω*; X U: ἄλλω; I: -λῳ); φ 87, 429; ω 107 (M: ἄλλως superscript. ο; F Z, Eust. 1954, 54: -λος).

ἀνεκτῶς: ι 350.

ἀπηλεγέως: α 373.

ἀριζήλως: μ 453.

ἁρπαλέως: ζ 250; ξ 110.

ἀσπασίως: δ 523 (Cobet: -πάσιος); ϑ 450 (Nauck, Cobet: -πάσιος); κ 131; ν 33 (Mᵃ: γρ' „ἀσπάσιος"; Nauck: -πάσιον?; Cob.: -πασίῳ), 333 (H: -πασίως superscr. οις; Nauck: -πάσιος); ξ 502.

ἀστεμφέως: δ 419 (K: ἀστεφ-), 459 (K: ἀστεφ-).

ἀσφαλέως: ϑ 171 (F: -λῶς, F² corr.); ν 86; ϱ 235.

ἀτϱεκέως: α 169 (N: -κέος), 179, 206, 214, 224; δ 383, 399, 486; ϑ 572; λ 140, 170, 370, 457; ξ 192; ο 266, 352, 383; π 113, 137; ϱ 154; ω 123, 256, 287, 303.

ἀφϱαδέως: ξ 481 (X: -δέως superscr. η; MI: -δίης; G: -δίηισ'; Eust., Stephan.: -δίαις; DLWZ, U² p. corr., H² cum γϱ': -δίη).

βιαίως: β 237; χ 37 (sch. B *I* 336: ἀναγκῃ).

διηνεκέως: δ 836; η 241; μ 56.

δικαίως: ξ 90.

ἐκπάγλως: ε 340; λ 437, = 560; ο 355.

ἐλαφϱῶς: ε 240 (W: -φϱά).

ἐμμαπέως: ξ 485.

ἐνδυκέως: η 256; κ 65 (D: -δικαίως), 450; ξ 62, 109, 337; ο 305 (LW: -δικαίως), 491, 543; = ϱ 56 (H: -δικαίως, H² corr.), 111 (LW: -δικαίως), 113 (LW: -δικαίως); τ 195; ω 212, 272 (W: -δικέως; U: -δικαίως), 390.

ἐνωπαδίως: ψ 94 (de scriptura vide infra).

ἐπιζαφελῶς: ζ 330 (Duentzer, Nitzsch al. damn. hunc vers.).

ἐπισμυγεϱῶς: γ 195; δ 672.

ἑτέϱως: α 234.

εὐκόσμως: φ 123 (H: εὔκοσμος).

εὐφϱαδέως: τ 352.

ϑαϱσαλέως: α 382, 385; σ 330 (GPH: -λέος), 390 (HL: -λέος; H² superscr. ως), 411 (H: -λέος; H² superscr. ως); υ 269.

ϑοῶς: ε 243; ζ 92; ϑ 443, 447; ι 469; ξ 72, 248; ο 216, 447; π 350; φ 46, 241; χ 19; ψ 372; ω 220.

κακῶς: β 203, 266 (damn. Duentz.); δ 766; ι 534 (damn. K. L. Kayser); λ 114; μ 141 (al. om., al. habent); π 275; ϱ 394; σ 75 (FXDLW: κακὸς), 168 (U om., cet. hab. in marg.; Duentz. damn.); χ 27; ψ 56; ω 250.

καλῶς: β 63.

καϱπαλίμως: β 406; = γ 30, 418, 478; ε 193; ζ 261, 312; η 38, 135, 194; ϑ 16, 122; ι 216, 226 (F om., F² add. i. marg.), 464; κ 146; μ 166; ξ 500; ο 497; τ 461.

κραιπνῶς: ϑ 247.

κρατερῶς: δ 344 (P: -*τερός*, P² corr.); ϱ 135.

λιγέως: κ 201; λ 391 (D: *λιγαίως*); π 216 (H: -*γέως*; H² superscr. *αι*); φ 56.

λιπαρῶς: δ 210.

μαλακῶς: γ 350; ω 255.

μαψιδίως: β 58; γ 72; η 310; ι 253; ξ 365; ϱ 451, 537.

μεγάλως: π 432 (U: *ἐκπάγλως*).

νημερτέως: ε 98 (W: -*τέα*); τ 269.

νωλεμέως: δ 288; ι 435; λ 413; μ 437; υ 24.

ὀτραλέως: τ 100.

ὀτρηρῶς: δ 735 (F P a. corr., D² p. corr.: *ὀτρηρὸς*).

πάντως: τ 91; υ 180.

περιφραδέως: ξ 431; τ 423.

πυκινῶς: α 279; β 344; τ 95; υ 84 (O Z: *πυκνῶς*); φ 236, 382; χ 155 (Ap. Soph. 6, 26: -*κινάς*), 258, 275; ψ 194, 360.

ῥηιδίως: ϑ 376; ι 313; ξ 196, 254, 349, 358; π 198; φ 92, 328, 407; ψ 186; ω 177.

στερεῶς: ξ 346.

στυγερῶς: φ 374; ψ 23.

σφοδρῶς: μ 124.

τεχνηέντως: ε 270.

ὑπερφιάλως: α 227; δ 663; = π 346; ϱ 481; σ 71; φ 285.

φίλως: τ 461 (de scriptura vide infra).

4. adverbia a participiis derivata.

ἐπισταμένως: ε 25, 245 (H a. corr.: -*στάμενος*); λ 368; μ 307; ϱ 341; τ 422, 457; υ 159, 161; φ 44; ψ 197.

ἐσσυμένως: ι 73; ξ 347; ο 288; π 51.

Has meas enumerationes accuratius cum inspexeris, facile cognosces haec.

Adverbia localia et temporalia in -*ω* cadentia iam Homerus paucis ut *ἄνω ἔξω κάτω* exceptis non raro usurpavit qui usus

per omne aevum sibi constitit. Idem valet de adverbiis a pronominibus derivatis quae in his carminibus saepissime se offerunt; praeterea apparet omnia eiusmodi adverbia quaecumque Graeci formaverunt iam Homerum novisse praeterquam quod evitavit adverbia ἐκείνως, ἑτέρως (semel in Odyssea occurrens), οἵως, ὁποτέρως sim. quae posterioribus quoque temporibus inusitata fuerunt. Cum hoc usu apud Homerum trito id quoque cohaeret quod haec adverbia non inaequaliter sunt admissa in utroque carmine. Sed non meum erit de horum adverbiorum usu disserere, sed animum convertam imprimis ad adverbia vere proprieque modalia in -ως exeuntia quae a nominibus et verbis sunt formata. Atque vero eiusmodi adverbiorum usum per temporum decursum magis magisque auctum esse observare poteris.

Sed iuvat hoc loco exspatiari ea causa quod ex usu adverbii apud Homerum obvio facile cognoscitur qua ratione adverbia modalia orta sint. Temporibus enim antiquissimis quibus oratio nondum conformata est, adverbiis modum actionis indicantibus aliae locutiones substitui facile potuerunt; huc mea quidem sententia spectant formae verbi et finiti et infiniti quae illa aetate vicem adverbii gerebant, quia modum quo quid agitur significant; e. c.

Η 24 sq. τίπτε σὺ δὴ αὖ μ ε μ α υ ῖ α, Διὸς θύγατερ μεγάλοιο,
ἦλθες ἀπ' Οὐλύμποιο, μ έ γ α ς δ έ σ ε θ υ μ ὸ ς ἀ ν ῆ κ ε ν;

participium μεμαυῖα et verba μέγας δέ σε θυμὸς ἀνῆκεν indicant modum eundi.

Ο 627 sq. . . . τρομέουσι δέ τε φρένα ναῦται δ ε ι δ ι ό τ ε ς: haec verborum coniunctio optime respondet in versu 637 θ ε σ π ε σ ί ω ς ἐφόβηθεν.

Η 54 Ἕκτωρ δ' αὖτε χ ά ρ η μέγα μῦθον ἀκούσας: dicitur χάρη ἀκούσας eodem sensu quo ἤκουσεν ἡ δ έ ω ς.

Α 33 . . . ἔ δ ε ι σ ε ν δ' ὁ γέρων καὶ ἐπείθετο μύθῳ: verbum ἔδεισεν significat quomodo sacerdos oboediat;

ι 250 σ π ε ῦ σ ε πονησάμενος pro τ α χ έ ω ς ἐπονήσατο; similiter res se habet locis ut *Ε* 690 παρήιξεν λ ε λ ι η μ έ ν ο ς.

Λ 403 *ὀχθήσας δ'ἄρα εἶπε.* *E* 364 *ἔβαινεν ἀκηχεμένη φίλον ἦτορ.* *Λ* 384 *τὸν δ'οὐ ταρβήσας προσέφη.*

Ex his exemplis satis clare elucet modum quo quid fit multiplici ratione indicari potuisse. Neque idem valet de adverbiis a pronominibus derivatis quae prius nata esse supra statuimus. Haec sententia consuetudine loquendi Homerica comprobatur et eo quoque adiuvatur, quod in sermone habendo adverbia *tam, ita, sic, item, ut, velut* sim. vel antiquissimis temporibus desiderari non diu potuerunt. Nam narratione vel descriptione facta ut retrospectarent, nihil magis placebat quam adverbium pronominale formare, quo verba antecedentia concludere possent; ex hoc studio orta esse per se intellegitur adverbia pronominalia *ὥς ὣς οὕτω(ς).* Pro multis exemplis ex Homeri carminibus deprompsi haec: *τ* 386 *ὣς ἄρ' ἔφη* usurpavit poeta postquam Ulixem loquentem fecit; similiter res se habet *υ* 172 *ὣς οἱ μὲν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον.* *Σ* 1 *ὣς οἱ μὲν μάρναντο* positum est post pugnam depictam; exempla cumulare nihil attinet. Talia adverbia in formulis quoque usurpabantur quae verba insequentia, praecipue orationes directas inducerent, e. c. *τ* 487 *ὧδε γὰρ ἐξερέω*[1]).

Simili modo ortum est adverbium *ὡς* sive *ὥς* quod significat „wie". Nam rem quo accuratius describerent atque rationem qua quid fieret quo clarius indicarent, hominibus antiquissimae aetatis placuisse videtur similibus paribusque rebus illustrare. Haec consuetudo apud Homerum tam trita est ut longum sit exempla enumerare; hoc unum afferam *τ* 204 sqq.

τῆς δ'ἄρ ἀκουούσης ῥέε δάκρυα, τήκετο δὲ χρώς·
ὡς δὲ χιὼν κατατήκετ' ἐν ἀκροπόλοισιν ὄρεσσιν,
ἥν τ' Εὖρος κατέτηξεν, ἐπὴν Ζέφυρος καταχεύῃ·
τηκομένης δ'ἄρα τῆς ποταμοὶ πλήθουσι ῥέοντες·
ὣς τῆς τήκετο καλὰ παρήια δάκρυ χεούσης,
κλαιούσης ἑὸν ἄνδρα παρήμενον.

His comparationibus complures comprehensiones contineri — id quod uberae dictionis Homericae proprium esse nemo nescit — mirum videri non debet. Utique in eo usu quo ad

1) De his adverbiis pronominalibus in formulis inducentibus et concludentibus usurpatis cf. quae exposuit Joh. Berger in dissertatione supra pg. 21 laudata.

enarrationem accuratius explicandam comparatio adhibebatur, equidem cognoverim radices, e quibus adverbium modale cuius idem fere officium est effloruit.

Sed etiam in breviorem formam comparatio redigebatur; dico tales locutiones ut

τ 493 sq. *οἶσθα μέν, οἷον ἐμὸν μένος ἔμπεδον οὐδ' ἐπιεικτόν,*
ἕξω δ' ὡς ὅτε τις στερεὴ λίθος ἠὲ σίδηρος.

Σ 438 *τὸν μὲν ἐγὼ θρέψασα, φυτὸν ὣς γουνῷ ἀλωῆς.*

σ 323 *παῖδα δὲ ὣς ἀτίταλλε.*

Σ 538 *ὡμίλευν δ' ὥς τε ζωοὶ βροτοὶ ἠδὲ μάχοντο.*

Iam vero comparatio plerumque ita ex nomine et *ὡς* particula constat ut *ὡς* postponatur. Ex hac autem ratione loquendi adverbia modalia ipsa nata esse conici posse demonstrant exempla haec: *Ι* 302 ... *οἵ σε θεὸν ὣς* (cf. *θεσπεσίως* = nostrum „göttlich") *τίσουσι*. *Υ* 244 = *Ν* 292 *ἀλλ' ἄγε μηκέτι ταῦτα λεγώμεθα νηπύτιοι ὥς*, ubi *νηπύτιοι ὥς* usurpatur eadem notione qua adverbium posterius *ἀφρόνως*. *Θ* 94 *πῇ φεύγεις κακὸς ὥς*. *Ζ* 443 *αἴ κε κακὸς ὣς νόσφιν ἀλυσκάζω πολέμοιο*. *Β* 190 *οὔ σε ἔοικε κακὸν ὣς δειδίσσεσθαι*. In his tribus exemplis pro locutione *κακὸς ὥς* poni poterat *κακῶς* quod adverbium sensum non mutabat.

Itaque crediderim adverbia modalia quae propter brevitatem praestabant, illis comparandi locutionibus substituta esse; adverbia enim ex quo praesto erant, illas comparationes e sermone prorsus eiecerunt. Initio quidem hanc originem poetae sine dubio persentiebant, unde evenit ut adverbia modalia apud Homerum ita ut vis illa primaria insit, usurparentur locis his: *Φ* 220 *σὺ δὲ κτείνεις ἀιδήλως*, ubi *ἀιδήλως* significat idem atque *ἀίδηλος ὥς*, transfero „du mordest wie der Vernichtende, nämlich wie Hades". *Ψ* 473 = σ 321 *τὸν δ' αἰσχρῶς ἐνένιπεν*, ubi *αἰσχρῶς* quod his locis solis occurrit intellegendum est eodem modo quo *αἰσχρὸς ὥς* (i. e. „nach Art eines *αἰσχρός*"), cum poeta indicare velit Aiacem et Melantho iniuria vituperasse Idomenea et Ulixem; aliis enim locis quibus nihil interest utrum aliquis iure an iniuria increpitetur, semper ponit locutionem *αἰσχροῖς ἐπεέσσιν* quae verti potest „mit (den Angeredeten)

beschimpfenden Worten“[1]). Γ 436 ἠδὲ μάχεσθαι ἀφραδέως (= ἀφραδὴς ὥς). Λ 25 et 379 ἀλλὰ κακῶς (= κακὸς ὥς) ἀφίει. ω 250 αὐχμεῖς κακῶς, hoc loco κακῶς significat non „schlecht“, sed „wie ein schlechter Kerl“. Δ 390 πάντα δ'ἐνίκα ῥηιδίως (= ῥηίδια ὥς). ψ 94 ἄλλοτε μέν μιν ἐνωπαδίως ἐσίδεσκεν, equidem verto „bald blickte sie ihn wie leibhaftig an“.

Praeterea in comparationem velim vocentur adverbia quae apud Thucydidem inveni, ἀνθρωπίνως (germanice = „wie ein Mensch, menschlich“), ἐρωτικῶς (= „wie ein Liebhaber“).

Hoc loco fortasse quispiam dixerit ex iunctura illa nominis et ὡς particulae ipsum adverbium in -ως cadens ut grammaticis rationibus oreretur fieri non potuisse. Verum est; sed hoc quoque verum: stabilitatem ς litterae quae in adverbii modalis fine exstat, nulla causa nisi exemplo et auctoritate ς finalis ὡς particulae explicari posse. Gravissimum enim est adverbium ὡς numquam sigma suum abiecisse atque idem valet de καλῶς, αἰσχρῶς. Quod cum ita sit, illam locutionem ad adverbium formandum certe maximam vim habuisse apparet.

Quae sententia eo quoque comprobatur quod in aliis linguis aliquid simile observari potest. Francogalli adverbia quae ex sermone Latino plus minus depravato repetita esse exspectamus, nova ratione formaverunt. Nam ablativum modi qui est *mente* assumpserunt eique adiectiva addiderunt; sic ex *lenta mente* (= „im langsamen Geist, in langsamer Weise, auf die Weise eines Langsamen“) factum est adverbium modale *lentement*. Eadem ratione ortum est nostrum „unglücklicherweise“ (ex „auf unglückliche Weise“) similiaque. Praeterea ex nostra lingua adverbia in syllabam „-lich“ exeuntia adfero quae terminatio et ad substantiva et ad adiectiva annexa est; e. c. „menschlich, rundlich“. Haec enim syllaba „lich“ nihil aliud significat nisi „gleich“ qua re sub his quoque adverbiis comparationem subiectam esse in propatulo est. Ceterum Germani has formationes non ad modum actionis solum, sed etiam ad qualitatem alicuius hominis vel rei indicandam usurpant, e. g. et „er denkt menschlich“

---

1) Sic interpretatur E. Pappenheim quoque in Philologi suppl. vol. II p. 30 contra Ebelingium (in lex. Homer. p. 58).

et „das ist menschlich“. Ceterum vim comparationis illam quam deteximus magis magisque oblitteratam esse per se intellegitur.

Sed ut ad propositum revertamur, disseramus

1. de adverbiorum modalium apud Homerum obviorum frequentia.

Ad tabellam in pagina 17 compositam si respicimus, primo obtutu id mirum nobis videtur quod in Odyssea quamquam ambitu eam Ilias superat circiter tribus milibus trecentis versibus, tamen octo plura adverbia exstant; itaque numerus adverbiorum in recentiore carmine adauctus est. Praeterea apparet ea adverbia quae Homerus in utroque carmine admisit, in Odyssea saepius usurpata esse quam in Iliade quod valet de adverbiis *ἀτρεκέως, ἐκπάγλως, ἐνδυκέως, ἐπισταμένως, θοῶς, κακῶς, μαψιδίως, πυκινῶς, ὑπερφιάλως*. Neque praetermittendum est in Iliade inveniri adverbia quibus caret Odyssea *ἁδινῶς, ἀιδήλως, ἀικῶς, ἀκηδέστως, ἀσκελέως, ἐπικρατέως, ἐυκλειῶς, θεσπεσίως, λευγαλέως, λυγρῶς, προφρονέως, στιβαρῶς, ταχέως, χαλεπῶς*; in Odyssea, non in Iliade haec: *ἀεικελίως, αἰδοίως, ἀριζήλως, ἁρπαλέως, ἀστεμφέως, βιαίως, διηνεκέως, δικαίως, ἐλαφρῶς, ἐνωπαδίως, ἐπισμυγερῶς, εὐκόσμως, εὐφραδέως, θαρσαλέως, καλῶς, λιπαρῶς, μαλακῶς, νημερτέως, ὀτρηρῶς, σφοδρῶς, τεχνηέντως*. Nihilo minus haec adverbia in universum aequaliter esse admissa statim cognosces.

Nam plurima adverbia et in Iliade et in Odyssea uno solo vel paucis tantum locis occurrunt quod ut comprobem mihi liceat enumerare adverbia rarissime usurpata; exstant in Iliade semel *ἁδινῶς, ἀιδήλως, ἀικῶς, ἀκλειῶς, ἀσκελέως, ἐυκλειῶς, θεσπεσίως, λευγαλέως, λυγρῶς, μαψιδίως, πάντως, στιβαρῶς, στυγερῶς, ταχέως*; in Odyssea semel *αἰδοίως, ἀριζήλως, ἀφραδέως, δικαίως, ἐλαφρῶς, ἐνωπαδίως, εὐκόσμως, εὐφραδέως, καλῶς, κραιπνῶς, λιπαρῶς, ὀτραλέως, ὀτρηρῶς, στερεῶς, σφοδρῶς, τεχνηέντως*; in utroque carmine semel *αἰσχρῶς, ἀνεκτῶς, ἀπηλεγέως, ἐμμαπέως, ἐπιζαφελῶς, μεγάλως, φίλως*; in Iliade bis *ἀκηδέστως, ὀτραλέως, ὑπερφιάλως, χαλεπῶς*; in Odyssea bis *ἀκλειῶς, ἁρπαλέως, ἀστεμφέως, βιαίως, ἐπισμυγερῶς, κρατερῶς, μαλακῶς, νημερτέως, πάντως, περιφραδέως, στυγερῶς*.

Porro demonstrari potest adverbia quae saepius inveniuntur, cum iisdem similibusque paucis verbis nexa esse solere; nonnulla non usurpata videmus nisi in fixis et stabilibus sententiis quibus Homerus uti solitus est. Subicio exempla haec:

Adverbium *ἀτρεκέως* ubique uno loco excepto (*ρ* 154 *ἀτρεκέως γάρ τοι μαντεύσομαι*) est coniunctum cum verbis loquendi duobus *ἀγορεύειν* (duodecies) et *καταλέγειν* (undevicies); neque aliter cum *ἀγορεύειν* adverbia *διηνεκέως* (ter) et *θαρσαλέως* (sexies) omnibus locis quibus exstant.

Adverbium *περιφραδέως* omnibus sex locis iunctum est cum verbo *ὤπτησαν*; nam ad sacrificium vel epulum describendum poeta adhibuit stabiles sententias quo pertinet ille versus

ὤπτησάν τε περιφραδέως ἐρύσαντό τε πάντα

quinquies, semel versus

ὤπτησάν τε περιφραδέως δάσσαντό τε μοίρας.

Praeterea haec adverbia ubicumque exstant, pertinent ad verba tantummodo quae adscripsi: *αἰσχρῶς* (bis) ad *ἐνίπτειν*, *ἀκηδέστως* (bis) ad *ἕλκειν*, *ἀπηλεγέως* (bis) ad *ἀποειπεῖν*, *ἀνεκτῶς* (bis) ad *μαίνεσθαι*, *ἁρπαλέως* (bis) ad verbum gustandi, *ἀστεμφέως* (bis) ad *ἔχειν*, *μαλακῶς* (bis) ad *εὕδειν*, *νημερτέως* (bis) ad verbum dicendi.

Πυκινῶς quamquam occurrit quattuordecim locis, tamen tribus verbis solis adponitur *ἀραρίσκειν* (octies), *ὑποτίθεσθαι* (bis), *ἀκαχίζειν* (quater); pro hoc adverbio saepius usurpantur *πύκα* et neutrius generis formae *πυκινόν*, *πυκινά*, *πυκνά* (cf. pag. 38).

Adverbium *αἰνῶς* quoque quod creberrime adhibitum videtur esse, conexum est cum paucis verbis his: *δείδοικα* s. *δείδια* s. *περιδείδια* (tredecies), *χώομαι* s. *χολόομαι* (quinquies), *ἔοικα* et *διαφαίνομαι* (quater); accedunt affectum indicantia *τέρπομαι* et *ἥδομαι* (bis), *τείρω* (bis), *αἰδέομαι* et *φιλέω* (bis), *ἵεμαι* (semel).

Adverbia *ἀεικελίως*, *βιαίως*, (*οὐ*) *δικαίως* mirum est quod omnibus locis uno excepto (*θ* 321 *λίην γὰρ ἀεικελίως ἐδαμάσθην* ubi de Ulixe navigatione molesta confecto dicitur) ad facta impudentium Penelopae procorum vituperanda usurpantur; i. e. *β* 237 sq. . . . *κατέδουσι βιαίως οἶκον Ὀδυσσῆος.*

χ 37 ... γυναιξὶ παρευνάζεσθε βιαίως. π 108 sq. = υ 318 sq. ... γυναῖκας ῥυστάζοντας ἀεικελίως. ξ 90 sq. ... οὐκ ἐθέλουσι δικαίως μνᾶσθαι.

Ἐνδυκέως Homerus non usurpavit nisi ad modum hospitii significandum coniunxitque cum verbis φιλέω (octies); κομίζω et κομέω (ter); πέμπω, ἀποπέμπω, ὁμαρτέω (ter); φείδομαι (bis); τρέφω, λούω, ἐσθίω, παρέχω βρῶσίν τε πόσιν τε (quater); haec exempla sufficiant.

Sed maxime mireris si compertum habueris adverbium καλῶς quod paulo post Homeri aetatem usitatissimum fuit, in Iliade nusquam, in Odyssea semel legi, i. e. β 63 sq. ... οὐδ' ἔτι καλῶς οἶκος ἐμὸς διόλωλε. Hoc loco καλῶς in versus fine positum magni ponderis esse apparet qua de re conferas quae infra (cf. pg. 40 sqq.) exponam. Aliis enim locis poeta usus est neutris καλόν et καλά quae tamen semper nullo loco excepto in versu medio collocavit; cf.

Ζ 326 δαιμόνι', οὐ μὲν καλὰ χόλον τόνδ' ἔνθεο θυμῷ
Θ 400 ... οὐ γὰρ καλὰ συνοισόμεθα πτολεμόνδε,

cf. Ν 116; Ω 388.

ο 10 Τηλέμαχ' οὐκέτι καλὰ δόμων ἄπο τῆλ' ἀλάλησαι
ρ 397 Ἀντίνο', ἦ μευ καλὰ πατὴρ ὣς κήδεαι υἷος,

cf. 460, 483; Hom. hymn. II 24 et 338. καλόν non admittitur nisi coniuncto verbo ἀείδειν; cf. Α 473; Σ 570.

Idem valet de adverbio ταχέως tantummodo in Iliade semel usurpato quod in enuntiati fine idemque ante caesuram positum est; alicubi substituitur vox τάχα quae Homeri aetate nondum *fortasse* significavit.

Quibus rebus expositis satis demonstrasse videor adverbia -ως syllaba terminata in his tantae amplitudinis carminibus non nisi certis legibus admissa esse.

Sed pergamus. Numerum quoque ipsum horum adverbiorum minimum esse nemo negabit. Omnia quae apud Homerum desiderantur, adverbia e posterioribus scriptoribus colligere longum est, sed videas pro multis haec a poetis tragicis saepius usurpata: ἀκριβῶς, ἀληθῶς, ἀξίως, ἐμφανῶς, ὀρθῶς, σαφῶς, ψευδῶς, σοφῶς. Concedo quidem imprudentis esse hoc loco de multis eiusmodi adverbiis monere quae postea

litterarum studio orta sunt; nam per se intellegitur talia adverbia iis temporibus quibus doctrinae et artes nondum conformatae erant, exstare non potuisse; dico e. c. a Sexto Empirico usurpata *σκεπτικῶς, αἰσθητικῶς, ἱστορικῶς, ἀδοξάστως, ἀβουλήτως, βιωτικῶς, τυχικῶς* vel quae ad morum doctrinam pertinent, ut *εὐσεβῶς, ἀσεβῶς, ὁσίως, καθαρῶς* sim[1]). Tamen Homerum multis locis item ac posteriores scriptores adverbia in *-ως* desinentia adhibere potuisse, quae tamen omisit, facile cognosces, si haec adverbia cum aliis quae in eius carminibus exstant comparaveris; quam contentionem adverbiorum tantummodo in Iliade obviorum fecisse satis habui. Ac ne omnia quidem adverbia computari opus est ut adverbia in *-ως* cadentia rarissima esse appareat. Praetermisi primum adverbium *μάλα* saepissime usurpatum (Gehring conscripsit 251 locos) eiusque comparativum et superlativum, deinde adverbia quae in *s* litteram exeunt: *ἀγκάς, ἀμοιβηδίς, ἄμυδις, ἀτρέμας, ἐξαίφνης, ἐξαπίνης, ἑξείης, ἑκάς, λικριφίς, χάμαδις, μάψ, γνύξ, ἐπιμίξ, εὐράξ, λάξ, ὀδάξ, πύξ;* tum adverbia temporalia tritissima ut *νῦν, πάλιν, τότε, πότε, πρόσθε, ὄπισθε, πρῶτον, ὕστατον* sim., postremo ea quoque quae in fine *ι* vocalem prisci locativi praebent: *ἀναιμωτί, ἀνιδρωτί, ἀνουτητί, ἀμαχητί, ἀσπουδί, ἀμυγητί, ἀγρηγορτί, μελεϊστί, μεγαλωστί, μεταστοιχί, τριστοιχί, (ἄγχι, ἄχρι, πολλάκι);* sed ea sola quae formae neutrius et feminini generis aut sunt aut videntur esse, exscripsi aspernatus varias codicum lectiones. Exempla mihi praesto fuerunt haec:

ἀγεληδόν: *Π* 160.
ἀγχίμολον: *Δ* 529; *Π* 820; *Ω* 283.
ἅδην: *Ε* 203; *Ν* 315; *Τ* 423.
ἁδινά: *Ψ* 225; *Ω* 123, 510. } (*ἁδινῶς:* semel)
ἁδινόν: *Σ* 124. }
ἀζηχές: *Δ* 435; *Ο* 658.
αἰνά: *Α* 414 (sed *αἰνῶς:* 19 iens).
αἶψα: 62 iens.
ἀκήν: *Γ* 95; *Δ* 429; *Η* 92, 398; *Θ* 28; *Ι* 29, 430, 693; *Κ* 218, 313; *Ψ* 676.
ἀκλεές: *Η* 100 (*ἀκλειῶς:* semel).
ἀλίαστον: *Ω* 549.
ἅλιον: *Ν* 410(?), 505; *Π* 615.
ἄλληκτον: *Β* 452; *Λ* 12; *Ξ* 152.
ἀμβλήδην: *Χ* 476.
ἀμβολάδην: *Φ* 364.
ἄμοτον: *Δ* 440; *Ε* 518; *Ν* 40, 80; *Τ* 300; *Χ* 36; *Ψ* 567.
ἀμπερές: *Λ* 377; *Ρ* 309.
ἀμφαδίην: *Η* 196; *Ν* 356.
ἀμφαδόν: *Η* 243; *Ι* 370.
ἄναντα: *Ψ* 116.
ἀνασταδόν: *Ι* 671; *Ψ* 469.
ἀναφαδόν: *Π* 178.
ἄνδιχα: *Π* 412, 578; *Σ* 511; *Υ* 387; *Χ* 120.

---

1) cf. Birt l. l. pag. 54.

ἄντα: *Β* 626; *Θ* 424, 428; *Ν* 184, 404, 503; *Π* 610, 621; *Ρ* 29, 167, 305, 526; *Τ* 163; *Υ* 69, 73, 75, 76, 89, 365; *Φ* 331, 477; *Χ* 274; *Ψ* 686; *Ω* 630.

ἄντην: *Α* 187; *Θ* 399; *Κ* 158; *Λ* 590; *Μ* 152; *Ο* 247; *Σ* 307; *Τ* 15; *Χ* 109; *Ω* 223, 464.

ἀντία: *Γ* 425; *Υ* 80, 88, 113, 118, 333; *Φ* 481; *Χ* 253.

ἀντιβίην: *Α* 278; *Ε* 220; *Φ* 226.

ἀντίβιον: *Γ* 20; *Η* 40, 51; *Λ* 386.

ἀντικρύ(ς): 27 iens.

ἀντίον: 28 iens.

ἀπέλεθρον: *Λ* 354.

ἀποσταδόν: *Ο* 556.

ἀσπερχές: *Δ* 32; *Π* 61; *Σ* 556; *Χ* 10, 188.

ἄσπετον: *Ρ* 332.

ἀσφαλές: *Ο* 683 (*ἀσφαλέως*: ter).

ἀταλά: *Σ* 567.

αὖον: *Μ* 160; *Ν* 441.

αὐτίκα: 90 iens.

αὐτοσχεδά: *Π* 319.

αὐτοσχεδίην: *Μ* 192; *Ρ* 294.

αὐτοσχεδόν: *Η* 273; *Ν* 496, 526; *Ο* 386, 708, 746; *Ρ* 530.

ἀχρεῖον: *Β* 269.

ἄψορρον: *Δ* 152; *Η* 413; *Μ* 74; *Π* 376; *Φ* 382.

βάδην: *Ν* 516.

βαρέα: *Θ* 334; *Ν* 423, 538; *Ξ* 432.

βαρύ: *Α* 364; *Δ* 153; *Ι* 16; *Π* 20; *Σ* 70, 78, 323; *Ψ* 60.

βοτρυδόν: *Β* 89.

δακρυόεν: *Ζ* 484.

δεινά: *Ε* 439; *Ο* 13; *Π* 706; *Υ* 448.

δεινόν: *Γ* 342; *Δ* 420; *Ζ* 470; *Θ* 133; *Λ* 10, 37; *Ξ* 401; *Π* 566; *Σ* 226; *Τ* 17; *Υ* 56; *Ψ* 815.

δεῦρο: 33 iens (*δεύρω*: semel).

δήν: *Α* 512; *Ε* 412; *Ζ* 131, 139; *Θ* 126; *Ι* 30, 695; *Ν* 573; *Π* 736; *Ρ* 695; *Υ* 426; *Ψ* 690.

δηρόν: 21 iens.

διακριδόν: *Μ* 103; *Ο* 108.

διαμπερές: *Ε* 284, 658; *Η* 171; *Κ* 89, 325, 331; *Λ* 377; *Μ* 398, 429; *Ν* 547; *Ο* 70; *Π* 499, 618, 640; *Σ* 563; *Τ* 272; *Υ* 362; *Χ* 264.

διάνδιχα: *Α* 189; *Θ* 167; *Ι* 37; *Ν* 455.

διαπρύσιον: *Θ* 227; *Λ* 275, 586; *Μ* 439; *Ν* 149; *Ρ* 247, 748.

δίπτυχα: *Α* 461; *Β* 424.

δίχα: *Σ* 510; *Υ* 32; *Φ* 386.

δολιχόν: *Κ* 52.

δουρηνεκές: *Κ* 357.

δόχμια: *Ψ* 116.

δυσκλέα: *Β* 115; *Ι* 22.

ἐγγύ(ς): 32 iens.

εἰνάετες: *Σ* 400.

ἔκπαγλα: *Γ* 415; *Ε* 423.
ἔκπαγλον: *Ν* 413, 445; *Ξ* 453, 478; *Χ* 256. } (*ἐκπάγλως*: quater).

ἐλεεινά: *Β* 314; *Χ* 37, 408.

ἐμβαδόν: *Ο* 505.

ἐμμενές: *Κ* 361, 364; *Ν* 517.

ἔμπεδον: *Ε* 527; *Μ* 281; *Ν* 37, 141; *Ο* 406, 622, 683; *Π* 107(?), 520(?); *Ρ* 434; *Σ* 158; *Χ* 192; *Ψ* 641, 642.

ἔναντα: *Υ* 67.

ἐναντίβιον: *Θ* 168, 255; *Κ* 451; *Ο* 179; *Ρ* 490; *Υ* 85, 130; *Φ* 266, 477; *Χ* 223.

ἐναντίον: *Α* 534; *Γ* 433; *Λ* 129; *Μ* 377; *Ν* 106, 448; *Ο* 304; *Υ* 97, 164, 252, 257; *Φ* 574.

ἐνδέξια: *Α* 597; *Η* 184; *Ι* 236(?)

ἔνδον: *Ζ* 374; *Κ* 378; *Λ* 98, 767, 771; *Μ* 142, 186; *Ν* 363; *Ο* 438; *Σ* 394; *Τ* 320; *Υ* 13, 400; *Φ* 362; *Χ* 50; *Ψ* 200.

ἐξεσίην: *Ω* 235.

ἐξονομακλήδην: *Χ* 415.

ἔξοχα: *Ε* 61; *Ξ* 257; *Ω* 113, 134.

ἔξοχον: *Ι* 631, 641; *Ν* 499; *Ρ* 358.

ἐπιγράβδην: *Φ* 166.

ἐπιδέξια: *Β* 353.

ἐπίκλησιν: *Η* 138; *Π* 177; *Σ* 487; *Χ* 29, 506.
ἐπιλίγδην: *Ρ* 599.
ἐπιστροφάδην: *Κ* 483; *Φ* 20.
ἐπιτηδές: *Α* 142.
ἐπιτροχάδην: *Γ* 213.
ἔσαντα: *Ρ* 334.
ἐτεόν: *Ε* 104; *Μ* 217; *Ν* 153, 375; *Ξ* 125; *Ο* 53; *Σ* 305.
ἐτήτυμον: *Α* 558; *Ν* 111; *Σ* 128.
ἔτυμον: *Ψ* 440.
εὐρύ: *Α* 102, 355, 411; *Β* 849; *Γ* 178; *Ε* 545; *Η* 107, 322; *Λ* 107, 238, 751; *Ν* 112; *Π* 273, 288; *Φ* 157, 186, 304; *Ψ* 887.
ἠβαιόν: *Β* 380, 386; *Ν* 106, 702; *Υ* 361.
ἡδύ: *Β* 270; *Λ* 378; *Φ* 508; *Ψ* 784.
ἦκα: *Γ* 155; *Σ* 596; *Υ* 440; *Ψ* 336; *Ω* 508.
ἤλιθα: *Λ* 677.
θαμά: *Ο* 470; *Π* 207.
ἰθύ(ς): 33 iens.
ἰλαδόν: *Β* 93.
ἱμερόεν: *Σ* 570.
ἶσα: *Ε* 71; *Ν* 176; *Ο* 439, 551.
ἶσον: *Γ* 454; *Ε* 467; *Ι* 142, 284, 603, 616; *Σ* 82.
καλά: *Ζ* 326; *Θ* 400; *Ν* 116; *Ω* 388.
καλόν: *Α* 473; *Σ* 570.
καρφαλέον: *Ν* 409.
κάταντα: *Ψ* 116.
καταφυλαδόν: *Β* 668.
κατεναντίον: *Φ* 567.
κατωμαδόν: *Ο* 352; *Ψ* 500.
κενεόν: *Β* 298.
κλαγγηδόν: *Β* 463.
κλήδην: *Ι* 11.
κοῦφα: *Ν* 158.
κραιπνά: *Ε* 223; *Θ* 107; *Ν* 18 (*κραιπνῶς*: quater).
κρύβδα: *Σ* 168.
λαιψηρά: *Ο* 269; *Χ* 24, 144.
λαμπρόν: *Ε* 6; *Ν* 265; *Τ* 359.
λίγα: *Τ* 284 (*λιγέως*: ter).
λίην: *Α* 553; *Β* 800; *Ε* 361; *Ζ* 100, 486; *Θ* 358; *Ι* 229; *Ν* 284; *Ξ* 368; *Τ* 226, 408; *Φ* 288, 566.
λίπα: *Κ* 577; *Ξ* 171; *Σ* 350.
μακρά: *Β* 224; *Γ* 22; *Η* 213; *Ν* 809; *Ο* 307, 676, 686; *Π* 534; *Σ* 580.
μακρόν: 20 iens.
μέγα: 94 iens. } (*μεγάλως*: semel).
μεγάλα: 18 iens. }
μέλεον: *Κ* 480; *Π* 336.
μεσ(σ)ηγύ(ς): *Λ* 573; *Ο* 316; *Υ* 370; *Ψ* 521.
μεταδρομάδην: *Ε* 80.
μίγδα: *Θ* 437.
μίνυνθα: *Α* 416; *Δ* 466; *Λ* 317, 539; *Μ* 356; *Ν* 573; *Ξ* 358; *Ρ* 277; *Υ* 27; *Ψ* 97.
νέον: *Α* 391; *Β* 88; *Γ* 394; *Δ* 332; *Η* 64, 421; *Ι* 527; *Λ* 663; *Μ* 336; *Ν* 211, 364; *Ο* 240, 538.
νημερτές: *Α* 514; *Γ* 204 (?); *Ξ* 470.
νωλεμές: *Ι* 317; *Ξ* 58; *Ρ* 148, 385, 413; *Τ* 232 (*νωλεμέως*: quater).
ὀλίγον: *Ε* 800; *Λ* 52, 391; *Ρ* 538; *Τ* 217; *Ψ* 424, 789.
ὁμαρτήδην: *Ν* 584.
ὁμιλαδόν: *Μ* 3; *Ο* 277; *Ρ* 730.
ὀξέα: *Β* 222; *Μ* 125; *Ρ* 88.
ὀξύ: *Γ* 374; *Ε* 312, 680; *Θ* 91, 132; *Λ* 343; *Ο* 649; *Ρ* 89, 256, 524; *Σ* 71; *Υ* 52, 291; *Χ* 141.
ὄρθια: *Λ* 11.
οὖλον: *Ρ* 756, 759.
πάγχυ: *Ε* 24; *Κ* 99; *Μ* 67, 165, 268; *Ν* 747; *Ξ* 95, 143; *Ο* 196, 467; *Π* 120, 538; *Ρ* 173; *Τ* 343.
παλλίλογα: *Α* 126.
παλιμπετές: *Π* 395.
πάμπαν: 20 iens.
πάντα: *Β* 643; *Δ* 389; *Ε* 181, 807; *Λ* 613; *Φ* 600; *Χ* 71, 491; *Ψ* 66 (*πάντως*: semel).
παραβλήδην: *Δ* 6.
πάραντα: *Ψ* 116.
παρασταδόν: *Ο* 22.

πένταχα: *Μ* 87.
περισταδόν: *Ν* 551.
περιώσιον: *Δ* 359.
πλησίον: *Γ* 115; *Δ* 329; *Ζ* 245, 249; *Σ* 422.
πολλά, πολλόν, πολύ: creberrime.
προτροπάδην: *Π* 304.
πρόφασιν: *Τ* 262, 302.
πρόχνυ: *Ι* 570; *Φ* 460.
πρώην: *Ε* 832; *Ω* 500.
πύκα: *Ε* 70; *Ι* 554, 588; *Μ* 317, 454; *Ξ* 217; *Ο* 689, 739; *Σ* 608.
πυκινά: *Κ* 9.
πυκνά: *Σ* 318; *Φ* 417. (πυκινῶς: quater).
πυργηδόν: *Μ* 43; *Ν* 152; *Ο* 618.
ῥεῖα s. ῥέα: 34 iens (ῥηιδίως: 11 iens).
ῥίμφα: *Ζ* 511; *Θ* 54; *Κ* 54; *Λ* 533; *Ν* 30, 515; *Ξ* 282; *Ο* 268; *Ρ* 458; *Υ* 497; *Χ* 163; *Ψ* 501, 766; *Ω* 691, 799.
σάφα: *Β* 192, 252, *Δ* 404; *Ε* 183; *Η* 226; *Μ* 228; *Ο* 632; *Υ* 201, 432.
σμερδαλέα: *Ε* 302; *Η* 479; *Θ* 321; *Π* 785; *Τ* 41; *Υ* 285, 382, 443.
σμερδαλέον: *Β* 334, 466; *Θ* 92; *Ν* 498; *Ο* 609, 648; *Π* 277; *Σ* 35; *Τ* 399; *Φ* 255, 593; *Χ* 95.
σμερδνόν: *Ο* 687, 732.
συνεχές: *Μ* 26.
σφαιρηδόν: *Ν* 204.
σφεδανόν: *Λ* 165; *Π* 372; *Φ* 542.
σχεδίην: *Ε* 830.
σχεδόν: 48 iens.
ταρφέα: *Μ* 47; *Ν* 718; *Χ* 142.
τάχα: 48 iens (ταχέως: semel).
τετραχθά: *Γ* 363.
τμήδην: *Η* 262.
τρίχα: *Β* 655.
τριχθά: *Β* 668; *Γ* 363; *Ο* 189.
τυτθόν: *Λ* 354; *Ε* 443; *Η* 334; *Κ* 345; *Μ* 406; *Ν* 185; *Ο* 628, 728; *Π* 302; *Ρ* 306, 609; *Τ* 335; *Φ* 604; *Χ* 494; *Ψ* 730; *Ω* 170.
ὕπαιθα: *Ο* 520; *Φ* 271, 493; *Χ* 141.
ὑπασπίδια: *Ν* 158, 807; *Π* 609.
ὑπέρβιον: *Ρ* 19.
ὑπέρμορα: *Β* 155.
ὑποβλήδην: *Α* 292.
ὑπόδρα: *Α* 148; *Β* 245; *Δ* 349, 411; *Ε* 251, 888; *Κ* 446; *Μ* 230; *Ξ* 82; *Ο* 13; *Ρ* 141, 169; *Σ* 284; *Υ* 428; *Χ* 260, 344; *Ω* 559.
φαλαγγηδόν: *Ο* 360.
ὦκα: 43 iens.
ὠμά: *Ψ* 21.

Hac enumeratione clare illustratur in Iliade formas neutrius et feminini generis adverbiales (circiter ducentas) quater tanto plures exstare quam adverbia in -ως exeuntia (duodequinquaginta).

Ut ad finem huius partis perveniam, breviter comprehendam quae exposui de frequentia adverbii in -ως cadentis apud Homerum obvii:

1. numerus horum adverbiorum est minimus;
2. quae poeta adhibet rarissime usurpat;
3. quae saepius occurrunt paucis verbis adiuncta inveniuntur.

Haec loquendi consuetudo quae admirationem nostram habet, ut explicetur, duplici modo fieri potest: haec adverbia aut a poeta quam maxime evitata aut aetate eius nondum recepta, sed formari coepta sunt. Neutra sententia comprobari

potest; illi obstare videtur id quod nihil est cur adverbia paulo post Homeri aetatem trita prorsus spreta vel raro admissa sint. An res metrica prohibuit? Sed perpauca adverbia metro dactylico excludebantur praesertim cum ea quae creticum continent, per licentiam facillime ita mutari possent ut *ἀσφαλέως*, *ῥηιδίως*, *ἀκλειῶς*, *ἐυκλειῶς*, *προφρονέως*[1]). An argumenti materies his carminibus pertractata effecit, ut adverbia in sermone cottidiano usitatissima omnino non vel raro adhiberi possent? Quam sententiam sequendam equidem nego; nam adverbia quae Homero ignota fuisse videntur ut omittam, nulla causa cogitari potest cur factum sit ut adverbia *ταχέως*, *φίλως*, *χαλεπῶς*, *αἰσχρῶς*, *βιαίως*, *δικαίως*, *καλῶς*, *ἀ-* et *ἐυκλειῶς*, *ἐλαφρῶς*, *μαλακῶς* sim. siquidem illis iam temporibus sermone trita fuissent, in triginta fere milibus versuum non saepius quam semel vel bis usurparentur. Quae cum ita sint, veri mihi quidem similius videtur haec adverbia postmodo formata Homeri aetate insolita fuisse.

2. De significatione adverbiorum in *-ως* cadentium apud Homerum obvia.

Praeter magnum numerum adverbiorum modum quo quid agitur indicantium (ut *ἀσφαλέως*, *ἀτρεκέως*, *ῥηιδίως*, *χαλεπῶς*) ab Homero non pauca usurpata sunt nullo consilio nisi ut vis actionis quae verbo inest augeretur; dico adverbia *αἰνῶς*, *(οὐκ) ἀνεκτῶς*, *ἐκπάγλως*, *ἐπιζαφελῶς*, *θεσπεσίως*, *κρατερῶς*, *ὑπερφιάλως*, *μεγάλως*, *σφοδρῶς* quae idem fere significant quod *μάλα*, *μάλιστα*, *λίην* sim. Neque aliter res se habet in adverbio *ἀπηλεγέως* formando quod vim negandi verbi *ἀποειπεῖν* amplificet. Haec adverbia poeta cum verbis quibus affectus quidam describitur conectere solet.

Iam supra commemoravi: *αἰνῶς* cum verbis *δείδοικα*, *χολόομαι*, *ἥδομαι*, *τέρπομαι*, *αἰδέομαι*, *φιλέω*, *ἵεμαι*; cf. Hom. hymn. I 70; V 254; praeterea:

---

1) De productione metrica quae vocatur cf. A. Thumb, Handbuch der griechischen Dialekte, Heidelberg 1909, p. 318. W. Schulze, Quaestiones epicae, Gütersloh 1902, p. 282 not. 1.

ὑπερφιάλως cum *νεμεσ(σ)άω, ἄγαμαι* *N* 293; *ρ* 481; *φ* 285; *σ* 71; cum *ὑβρίζειν* *α* 227; hoc in adverbio inest nihil vituperationis, sed augetur solum verbi pondus.

κρατερῶς cum *νεμεσ(σ)άω* *N* 16, 353.

ἐκπάγλως cum *κοτέομαι* *B* 232; *ἐθέλειν* *B* 357; *μαίνομαι* *I* 238; *ὀδύσσομαι* *ε* 314; *ὀδύρομαι* *ο* 355; *ἐχθαίρω* *λ* 437, 560.

ἐπιζαφελῶς cum *χαλεπαίνω* *I* 516; *μενεαίνω* *ζ* 330.

cf. *περιζαμενῶς* cum *χολόομαι* Hom. hymn. III 495.

θεσπεσίως cum *φοβέομαι* *O* 637.

ἀνεκτῶς cum *μαίνομαι* *Θ* 355; *ι* 350.

μεγάλως cum *ἀκαχίζω* *π* 432.

Adverbiis in his iuncturis usurpatis maiorem vim quam simplici *μάλα* inesse apparet.

Omnino observari potest Homerum plurima adverbia in in *-ως* exeuntia non adhibuisse nisi gravi pondere imposito; hoc mihi persuaserunt loci hi:

T 314 *μνησάμενος δ' ἀδινῶς ἀνενείκατο:* Achilles necem Patrocli graviter gemit denuoque lamentatur; *ἀδινῶς* hoc uno loco usurpatur, alicubi semper leviora neutra *ἀδινόν, ἀδινά.*

Φ 220 *σὺ δὲ κτείνεις ἀιδήλως:* Achilli qui Patrocli necem ulturus multos Troianos trucidavit Scamandrus formidolose id agi obicit; adverbium *ἀιδήλως* hic tantummodo exstat idemque in versus fine positum est; cf. *A* 268 *ἐκπάγλως ἀπόλεσσαν.*

X 336 *ἑλκήσουσ' ἀικῶς: ἀικῶς* hoc uno loco occurrit; canes avesque Hectorem ab Achille interfectum foede raptabunt.

Γ 158 *αἰνῶς ἔοικεν:* Helena pulchritudine deas prorsus adaequat.

Π 723 *τῷ κε τάχα στυγερῶς* (i. e. „zu deinem Leidwesen") *ἀπερωήσειας.*

A 25, 379 *κακῶς ἀφίει:* Agamemno Chrysam cum ignominia repellit.

β 203 *χρήματα κακῶς βεβρώσεται* (i. e. germanice „in übler Weise", non „schlecht"), cf. *β* 63 *οὐδέ τι καλῶς οἶκος ἐμὸς διόλωλε.*

ω 250 *αὐχμεῖς κακῶς* quod verti potest „du bist schmutzig wie ein schlechter Kerl, d. h. wie es dir nicht zukommt".

At tales iuncturae ut *καλῶς πράττειν, κακῶς πράττειν, κ. πάσχειν, κ. λέγειν, κ. ἔχειν, κ. φρονεῖν* inferiore aetate tritissi-

mae in quibus adverbii ipsius pondus deminuitur et cum verbo adiuncto propemodum in unam vocem concrevit (e. c. *κακῶς λέγειν* idem significat atque *maledicere*) nusquam apud Homerum inveniuntur duobus locis exceptis his: *π* 275 *κακῶς πάσχοντος ἐμεῖο.* *σ* 168 *κακῶς φρονέουσι* quem versum codicis U altera manus adscripsit.

Praeterea adverbio Homerico maior vis attributa est iis locis quibus compluribus verbis idem significantibus adiunctum invenimus; e. g.

B 223 *ἐκπάγλως κοτέοντο νεμέσσηθέν τ' ἐνὶ θυμῷ,*
cf. *ο* 543; *ρ* 56;
I 510 *ὃς δέ κ' ἀνήνηται καί τε στερεῶς ἀποείπῃ,*
cf. *τ* 269;
similis iunctura in Hom. hymn. IV 25 *ἣ δὲ μάλ' οὐκ ἐθέλεσκ',*
ἀλλὰ στερεῶς ἀπέειπεν.

Idem valet de locis quibus verbum cum duobus adverbiis copulatum est cuius rei offendi exempla haec: *υ* 161 *οἱ μὲν ἔπειτα εὖ καὶ ἐπισταμένως κέασαν ξύλα,* cf. *ψ* 197; *K* 265. *μ* 124 *ἀλλὰ μάλα σφοδρῶς ἐλάαν.* *M* 454 *πύλας πύκα στιβαρῶς ἀραρυίας.* *Ψ* 365 *οἳ δ' ὦκα διέπρησσον πεδίοιο ταχέως,* cf. Hom. hym. VII 7 *τάχα προγένοντο θοῶς ἐπὶ πόντον.* *P* 723 *νεκρὸν ἀπὸ χθονὸς ἀγκάζοντο ὕψι μάλα μεγάλως.* *T* 317 *λαρὸν . . . ἔθηκας αἶψα καὶ ὀτραλέως.* *I* 516 *αἰὲν ἐπιζαφελῶς χαλεπαίνοι.* *N* 141 = *ν* 86 *ὃ δ' ἀσφαλέως θέει ἔμπεδον.* *T* 68 *ἀσκελέως αἰεὶ μενεαίνειν.* *Φ* 460 *ἀπόλωνται πρόχνυ κακῶς.*

Neque obliviscendum est adverbia *σφοδρῶς, στιβαρῶς, ταχέως, ἀσκελέως* non admissa esse nisi locis laudatis singulis quibus vis eorum similibus adverbiis adiunctis amplificatur.

Denique pondus adverbii ipsius saepenumero adverbiis *μάλα, μάλιστα, λίην* adauctum videmus; exempla praebeo haec: *Ω* 158, 187 *μάλ' ἐνδυκέως πεφιδήσεται.* *K* 162 *μάλα κραιπνῶς ἀνόρουσε.* *M* 152 *μάλα γὰρ κρατερῶς ἐμάχοντο,* cf. *Θ* 29; *I* 431, 694. *Γ* 214 *ἀγόρευεν μάλα λιγέως,* cf. 456; *φ* 56. *τ* 100 *μάλ' ὀτραλέως κατέθηκα.* *B* 10 *μάλ' ἀτρεκέως ἀγορευέμεν* et ita saepius. *τ* 352 *μαλ' εὐφραδέως πεπνευμένα πάντ' ἀγορεύεις.* *θ* 231 *λίην ἀεικελίως ἐδαμάσθην.* *ν* 86 *μάλ' ἀσφαλέως θέεν.*

Ex his quae exposui id quoque per se explicatur quod haec adverbia saepissime in versuum aut fine aut initio posita sunt. Rectissime Ebeling vir doctissimus[1]) de positione adverbii *καρπαλίμως* dicit: „in postrema enuntiati sede *καρπαλίμως* saepe ita ponitur, ut versus primam sedem teneat quo gravius fit vocabuli pondus“ et addit locos hos: *Α* 359; *Θ* 506, 546; *Κ* 346; *Υ* 190; *Χ* 159; *Ψ* 408; *β* 406; *γ* 30; *ε* 193; *ζ* 312; *η* 38; *ξ* 500; *ο* 497. Praeterea *καρπαλίμως* in versus prima sede collocatum inveni *Α* 435; *Β* 17, [168]; *Γ* 117; *Ε* 868; *Ι* 708; *Κ* 513; *Λ* 118; *Ν* 296; *Ξ* 461; *Ρ* 482; *Τ* 115; *Ω* 327, 441; *γ* 418, 478; *ζ* 261; *η* 135; *ϑ* 16, 122; *ι* 216, 226, 464; *κ* 146; *τ* 461.

Praeter *καρπαλίμως* in Iliade primam versus sedem tenent duodequadraginta adverbia, postremam tredecim; adverbia quae metri necessitas impedivit ne in versus initio ponerentur si non respicis, cognoscis adverbia quae 111 locis occurrunt 58iens primam sedem tenere quae res plus quam 50 % efficit. Similiter res se habet in Odyssea: adverbia quae 150 locis usurpantur, versus initium tenent 74iens, finem 23iens.

His numeris computatis satis clare apparet plurima adverbia a poeta ita posita esse, ut vis eorum quam maxime persentiretur.

Superest ut afferam adverbia Homerica procedendi modum indicantia quae sunt *ἀρπαλέως, ἐλαφρῶς, ἐσσυμένως, ϑοῶς, καρπαλίμως, κραιπνῶς, ὀτραλέως, ὀτρηρῶς, ταχέως*, adverbia temporalia *ἀσκελέως, ἐμμαπέως, νωλεμέως*, adverbia affectum quendam continentia *ἀκηδέστως, ἀπηλεγέως, ἀσπασίως, προφρονέως, φίλως*.

3. De adverbiorum in *-ως* cadentium apud Homerum copulatione.

Haec adverbia cum verbis quibus affectus quidam describitur saepenumero copulata esse quod supra (pag. 39 sq.) demonstravi, nunc ad finem perducam.

Iunguntur verba veniendi: *Ν* 141 *ἀσφαλέως ϑέει*. *Ε* 836 *ἐμμαπέως ἀνόρουσε*. *Π* 67 *νέφος ἀμφιβέβηκεν ἐπικρατέως*, cf. 81. *ο* 216 *ϑοῶς ἵκανον*. *Γ* 325 *ϑοῶς ὄρουσε*, cf. *ο* 447; *π* 350; *ζ* 92; *ω* 220. *ε* 240 *πλώοιεν ἐλαφρῶς*. *Ξ* 292 *κραιπνῶς προσεβήσατο*,

1) H. Ebeling, Lexicon Homericum, Leipzig, I an. 1885, pag. 655.

cf. *ϑ* 247; *K* 162. *Ψ* 365 *ταχέως διέπρησσον πεδίοιο.* *T* 115 *καρπαλίμως δ' ἵκετο,* cf. *B* 17, 168; *E* 868; *K* 513; *Λ* 118; *X* 159. *N* 723 *λευγαλέως ἐχώρησαν.* *Δ* 428 *νωλεμέως κίνοντο.* *ι* 534 *κακῶς ἔλθοι,* cf. *B* 253.

Etiam *εἶναι* verbo cuius vice postea *ἔχειν* functum est, adverbium adpositum invenimus locis his: *E* 218 *οὐκ ἔσσεται ἄλλως.* *H* 424 *χαλεπῶς ἦν*: forma *χαλεπόν* hoc loco a nonnullis codicibus tradita metri causa scribi non potest. *I* 551 *Κουρήτεσσι κακῶς ἦν.* Neque aliam iuncturam habemus *I* 324 *κακῶς δ' ἄρα οἱ πέλει.*

Adverbia *καλῶς* et *κακῶς* omnino non nisi rarissime coniuncta esse cum verbis *πράττειν, πάσχειν, λέγειν, φρονεῖν* sim. supra pag. 40 sq. docui; sed etiam verbo *ἔχειν* cum adverbio ita conexo ut significationem intransitivam „sich befinden" habeat, Homerum prorsus caruisse equidem statuo. Quam sententiam ut comprobem, mihi tractandi sunt nonnulli loci ubi illud *ἔχειν* caveas ne falso accipias:

Ψ 325 *ἀλλ' ἔχει ἀσφαλέως καὶ τὸν προέχοντα δοκεύει,*

hic *ἔχειν* vim habet vere transitivam; subaudiendum est *δρόμον* sive *ἡνία* sive *ἱμάντας;* qui accusativi quod desunt nihil miri habet; facile enim suppleri possunt; conferas quaeso *A* 25, 379 *κακῶς ἀφίει.* *Φ* 220 *σὺ δὲ κτείνεις ἀιδήλως.* *O* 53 *ἀτρεκέως ἀγορεύεις.* *Ω* 438 *ἐνδυκέως ὁμαρτέων.* Idem valet de

δ 419 = 459 *ἀστεμφέως ἐχέμεν* quod idem esse atque *ἀστεμφεῖς εἶναι* i. e. *διατελεῖν* Doederlein[1]) censebat; equidem puto hoc quoque loco *ἔχειν* notionem suam transitivam quae ad sensum optime quadrat habere, praesertim cum idem significans in versu quoque 416 occurrit *(ἔχειν μεμαῶτα);* itaque vertendum est „unentwegt festhalten", scil. „ihn" i. e. Proteum.

E 492 *νωλεμέως ἐχέμεν:* quod Doederlein eadem ratione qua *δ* 419 explicat arbitratus verbum *ἔχειν* apud Homerum nusquam significare „standhalten", quam sententiam ego probare non possum; nam poetam hanc notionem intransitivam neque vero illam novisse satis perspicue demonstrant exempla haec: *M* 4 *οὐδ' ἄρ' ἔμελλεν τάφρος ἔτι σχήσειν.* *N* 679 *ἔχεν ᾗ . . . ἐσάλτο.* *Π* 740 *οὐδέ οἱ ἔσχεν ὀστέον.* *χ* 128 *σανίδες δ' ἔχον* aliaque quae

---

1) L. Doederlein, Homerisches Glossarium II., Erlangen 1853, nr. 476.

contulit Ebeling l. l. pag. 518 b; qua de causa transfero „unablässig standhalten“.

Denique his quattuor locis *Π* 501 et *P* 559 ἔχεο κρατερῶς, *μ* 437 νωλεμέως ἐχόμην, *ι* 435 νωλεμέως ἐχόμην ἀώτου verbo ἔχομαι inest natura vere medialis vertendumque est „sich halten“.

Quae cum ita sint, plane constat verbum ἔχειν adverbio adiunctum quod significet „sich befinden“ Homero ignotum fuisse.

Praeterea non pauca adverbia inveniuntur adposita participiis idque plurimum valuisse ad augendam eorum usurpationem cognosces. Nam iuxta participium si adiectivum praedicativum positum esset, facile error nasceretur; e. g. θύρη πυκινῶς ἀραρυῖα significat „die fest verschlossene Tür“, sed θύρη πυκινὴ ἀραρυῖα verti potest „die verschlossene feste Tür“. Quam observationem gravissimam dico; nam scriptor praecipue in his iuncturis perspicuitatis studio adductus adverbia posuit. Posuit igitur coactus; eiusmodi exempla occurrunt haec:

in Iliade:

αἰνῶς: *K* 547 αἰ. ἐοικότες.

ἀσπασίως: *Λ* 327 ἀ. φεύγοντες, *Σ* 232 ἀ. ἐρύσαντες.

ἐνδυκέως: *Ω* 438 ἐ. ὁμαρτέων.

κακῶς: *E* 698 κ. κεκαφηότα.

κραιπνῶς: *O* 83, 172 κ. μεμαυῖα, nescio an κραιπνῶς cum verbo finito διέπτατο coniungendum sit.

λυγρῶς: *E* 763 λ. πεπληγυῖα.

λιγέως: *T* 5 λ. κλαίοντα, *Ψ* 218 λ. φυσῶντες.

πυκινῶς: *I* 475 = *Φ* 535 π. ἀραρυίας, *T* 312 π. ἀκαχήμενον.

στερεῶς: *Ψ* 715 σ. ἑλκόμενα.

στιβαρῶς: *M* 454 πύκα σ. ἀραρυίας,

in Odyssea:

αἰνῶς: *τ* 324 αἰ. κεχολωμένος.

ἀριζήλως: *μ* 453 ἀ. εἰρημένα.

κακῶς: *π* 275 κ. πάσχοντος.

καρπαλίμως: *ι* 226 κ. ἐξελάσαντας, *τ* 461 κ. πορόντες.

πυκινῶς: *υ* 84 π. ἀκαχήμενος, *β* 344 π. ἀραρυῖαι, cf. *φ* 236, 382; *χ* 155, 258, 275; *ψ* 194.

ῥηιδίως: *ι* 313 ῥ. ἀφελών.

ὑπερφιάλως: *α* 227 ὑ. ὑβρίζοντες.

Idem valet de iuncturis adverbii cum adiectivo et adverbio factis:
αἰνῶς: *H* 97 αἰνόθεν αἰνῶς i. e. „gar gewaltig".
κακῶς: *Φ* 460 πρόχνυ κακῶς.
αἰνῶς: ρ 24 αἰ. κακά, χ 136 ἄγχι αἰ.
κακῶς: β 266 μάλιστα κ. ὑπερηνορέοντες, cf. δ 766.
πάντως: τ 91 π. θαρσαλέη.

Superest ut duos locos quibus adverbium etiam substantivo adpositum videtur esse commemorem:
Γ 42 ἦ οὕτω λώβην τ' ἔμεναι.
H 97 ἦ μὲν δὴ λώβη τάδε γ' ἔσσεται αἰνόθεν αἰνῶς,
sed his locis adverbia οὕτω et αἰνῶς referenda sunt ad praedicatum quod a grammaticis vocatur totum (λώβην τ' ἔμεναι et λώβη γ' ἔσσεται).

Restat ut

4. adnotationes variae per appendicem proponantur.

Adverbium ἀδινῶς quod uno loco *T* 314
μνησάμενος δ' ἀδινῶς ἀνενείκατο φώνησέν τε
admissum est, mirum videtur praesertim cum verbis querendi formae ἀδινόν, ἀδινά adiungi soleant; e. c. *Σ* 124 ἀδινὸν στοναχῆσαι. *Ω* 510 κλαῖ' ἀδινά. δ 721 ἀδινὸν γοόωσα, quibus in iuncturis omnino adiectivi neutra usurpata esse nemo nescit. Addo exempla haec: κ 409 οἶκτρ' ὀλοφυρομένους. *Σ* 35 σμερδαλέον δ' ᾤμωξεν. *X* 408 ᾤμωξεν δ' ἐλεεινά.

Quaestio igitur est quid insolitum adverbium ἀδινῶς illo loco sibi velit quod Didymus explicavit per adverbia ἀθρόως καὶ ἐλεεινῶς καὶ οἰκτρῶς, Eustathius per neutrius generis formam τὸ ἠρέμα. Illa notio quippe quae sensui huius loci optime respondeat, huic praestare videtur propterea quod ἀδινός idem atque *quietus* nunquam significavit. Ego quidem ut supra (pag. 40) exposui, censeo poetam adverbium ἀδινῶς consulto et alibi evitasse et hoc uno loco usurpavisse quo facilius gravissimam conquestionem Achillis indicaret.

Prorsus Homerici sermonis propria sunt adverbia ἀπηλεγέως et ἐνωπαδίως quorum stirpes in omne aevum adiectivis caruerunt.

ἀπηλεγέως quod bis exstat cum solo verbo *ἀποειπεῖν* copulatum ex studio agnominationis[1]) ortum est; nam praepositio *ἀπό* iteratur.

ἐνωπαδίως semel occurrit *ψ* 94 cuius loci lectio est dubia. Nam codices P H I exhibent *ἐνωπαδίως*; Eustathius quamquam pag. 1939, 30 dicit: *τὸ δὲ ἐνωπιδίως γράφεται μάλιστα ἐνωπαδίως*, tamen eiusdem paginae in lineis 20 et 28 usurpat *ἐνωπιδίως* id quod scriptum videmus in codicibus F X D U L W Z; praeterea M praebet *ἐνωπϊαδίως*. Utrum vocalis *ι* vocali *α* praeferenda sit necne nullius momenti est ad quaestionem nostram; nam utique agitur de adverbio ab Homero novato quia terminatio *ως* apparet.

Nunc transeamus ad adverbium *ἀσπασίως* tractandum quod utrum ab hoc poeta adhibitum an evitatum adiectivoque substitutum sit quaeritur.

Adiectivum praedicativum loco adverbii usurpatum in codicibus scriptum invenimus locis his:

Θ 488 *ἀσπασίη τρίλλιστος ἐπήλυθε νὺξ ἐρεβεννή.*

Φ 607 *ἦλθον ... ἀσπάσιοι προτὶ ἄστυ.*

ε 394 *ὡς δ' ὅτ' ἂν ἀσπάσιος* (P [2] i. ras.: *-πάσιος*; H a. corr.: *ἀσπίως*) *βίοτος παίδεσσι φανείη.*

λ 431 *ἔφην γε ἀσπάσιος παίδεσσιν ... ἐλεύσεσθαι.*

Accedunt variae lectiones nonnullae:

Κ 35 *τῷ δ' ἀσπάσιος* (P[x]: *-πασίως*) *γένετ' ἐλθών.*

ε 397 *ἀσπάσιον* (F U, sch. T *Λ* 515: *-πασίως*) *δ' ἄρα τόν γε θεοὶ ... ἔλυσαν.*

ψ 233 *ὡς δ' ὅτ' ἂν ἀσπάσιος* (M, sch. T *Η* 4, G [2] p. corr.: *ἀσπάσιος*; Eust. p. 1946, 38: *ἀσπάσιος ἢ ἀσπασίως*; F G P H X D U L W Z: *ἀσπασίως*) *γῆ ... φανήῃ.*

Sed etiam adverbium *ἀσπασίως* sincere traditum est compluribus locis his:

Λ 327 *'Αχαιοὶ ἀσπασίως* (Nauck: *ἀσπάσιοι?*) *φεύγοντες.*

Σ 270 *ἀσπασίως* (Nauck, Cobet: *-πάσιος*) *γὰρ ἀφίξεται.*

κ 131 *ἀσπασίως φύγε νηῦς ἐμή.*

---

1) cf. Th. Birt, l. l. pag. 77.

ν 33 ἀσπασίως (M[a]: γρ' „ἀσπάσιος" quod neutrius generis formae τὸ φάος scribi non potest; Nauck: -πάσιον?; Cobet: -πασίῳ) δ' ἄρα τῷ κατέδυ φάος.

ξ 502 κείμην ἀσπασίως; praeterea

Η 118; Σ 232; Τ 72; δ 523; ϑ 450; ν 333.

Omnibus his locis pro adverbio ἀσπασίως adiectivi formam quae sola genuina fuerit restituendam esse Nauck postulavit arbitratus adverbium ex antiqua scriptura transfigurata ortum esse; idemque postulat Cobet[1]) qui exponit haec: in Homeri antiquissimis libris et ἀσπάσιος et ἀσπασίως scriptum esse eodem modo *ΑΣΠΑΣΙΟΣ* id quod librarii Ionici suo arbitratu aut servaverint aut in ἀσπασίως mutaverint. Eos inductos ad falsam scripturam esse quod putarent metrum postulare longam ultimam syllabam. Sed cum, ita Cobet concludit, consonans aliquis subsequens (e. g. littera *Ϝ* quae interierit) productionem efficere potuerit, genuinas adiectivi formas esse ponendas.

Notum est quaeri a viris doctis, utrum Homeri libri antiquissimi Atticis litteris quibus notae vocalium η et ω deerant, perscripti an inde ab antiquissima litteratura ad eos conscribendos Ionicae litterae sint usurpatae; grammatici veteres uno ore tradiderunt antiquas litteras Atticas anno 403 transfiguratas esse. Ut hodiernos adferam, Wilamowitz[2]) id verum esse negavit; contra Wackernagel[3]) ostendit ex illa ipsa transcriptione ortum esse fontem errorum eo tempore quo scriptura ex Atticis in Ionicas litteras transfigurata sit. Nuperrime hac de re subtiliter egit Herzog[4]) qui antiquissimis papyris et inscriptionibus quae inde ab anno 1891 sunt inventae, allatis mihi idem persuasit. Certe ante sextum saeculum sive ante Pisistrati aetatem plena exemplaria Homeri vix exstitisse nuper contendit Birt[5]).

---

1) C. G. Cobet, Miscellanea critica, Lugdun.-Batav. 1876, pag. 295.

2) cf. U. von Wilamowitz, Philologische Untersuchungen VII, Berlin 1884, p. 303 sqq.

3) cf. J. Wackernagel, in „Bezzenberg. Beiträg." IV p. 259 sqq.

4) cf. R. Herzog, Die Umschrift der älteren griechischen Literatur in das jonische Alphabet, Baseler Progr., Leipzig 1912.

5) l. l. pag. 277; 379. Praeterea conferas de hac quaestione: P. Cauer, Grundfragen der Homerkritik, Leipzig 1909 ², pag. 69 sqq.; 113 sqq. Th. Birt, l. l. pag. 133; 379.

Quibus perpensis Cobetio assentiens puto ex *ΑΣΠΑΣΙΟΣ* adiectivo genuino in litteris transcribendis facile nasci potuisse adverbium ἀσπασίως id quod valet de locis his:

Κ 35 τῷ δ' ἀσπάσιος γένετ' ἐλθών.

Σ 270 ἀσπασίως (ex ἀσπάσιος?) γὰρ ἀφίξεται; accedunt δ 523; ϑ 450; ν 333; ξ 502.

Hes. Scut. 45 ἀσπασίως τε φίλως τε (ex ἀσπάσιός τε φίλος τε?) εἰσαφίκανεν.

Nihilominus etiam adverbium ἀσπασίως retinendum est; nam Homerum adverbia in -ως cadentia verbis veniendi adiungere non veritum esse neque adverbia affectum indicantia evitasse exempla quae supra in pag. 42 sq. conscripsi, docent. Iam vero exstant loci non pauci ubi traditur ἀσπασίως; adiectivi autem formam si restituere vellemus, *ΑΣΠΑΣΙΟΝ, ΑΣΠΑΣΙΟΙ, ΑΣΠΑΣΙΕ* sim. in ἀσπασίως transiisse dicendum esset; quod fieri non potuit; huc spectant exempla haec:

Λ 387 'Ἀχαιοὶ ἀσπασίως (pro ἀσπάσιοι??) φεύγοντες.

ν 33 ἀσπασίως (pro ἀσπασίῳ vel ἀσπάσιον??) δ' ἄρα τῷ κατέδυ φάος.

κ 131 ἀσπασίως (pro ἀσπασίη???) φύγε νηῦς ἐμή, praeterea *Η* 118; *Τ* 72; *Σ* 232; *Φ* 610.

Quae cum ita sint, Homerus praeter adiectivi formas hic atque illic etiam adverbium ἀσπασίως admisisse dicendus est quoniam adverbia in -ως cadentia eius aetate in sermonem induci coepta sunt.

Postremo versus τ 461 dignus est qui memoretur ubi φίλως exstat; codices autem inter se discrepant. Locum subicio:

τὸν ......
εὖ ἰησάμενοι ἠδ' ἀγλαὰ δῶρα πορόντες
καρπαλίμως χαίροντα φίλως χαίροντες ἔπεμπον
εἰς 'Ἰθάκην.

Codices GPHXDLW atque Eustathius, haud dubie plurimi optimique testes, exhibent φίλως; U² male: γρ' „φιλῶς". U² post corr. praebet φίλον; Bekker, Nauck, Wolf, Ludwich al. coniecerunt φίλην quod habet F; Duentzer, Voss, Bothe al. scripserunt φίλοις qui dativus verbo πέμπειν adiunctus Homerico

sermoni non aptus mihi videtur esse; La Roche servavit φίλως quod mihi magis placet. Id enim duplici modo interpretari possum. Similis huic loco versus exstat ϱ 83

δή τότε μοι χαίροντι φέρειν πρὸς δώματα χαίρων,

quem transfero „dann bringe zu meiner Freude bereitwillig (scil. die Schätze) in meinen Palast"; in versu τ 461 et ipso χαίροντες habet fere significationem „bereitwillig" cuius vis augeri poterat adverbio φίλως; i. e. „gern = äußerst bereitwillig". Sed id dubium ac nescio an rectior sit interpretatio haec: adverbium enim καρπαλίμως copulari potest cum πορόντες idque eo magis, quia participio antecedenti quoque quod est ἰησάμενοι adverbium εὖ adiunctum est. Quod si conceditur, φίλως ad verbum πέμπειν pertinere potest, quae iunctura loquendi consuetudini Homericae optime respondet, quod demonstratur locis his: κ 65 ἐνδυκέως ἀπεπέμπομεν. ξ 337 πέμψαι ἐνδυκέως. τ 243 αἰδοίως ἀπέπεμπον.

Ex his quae exposui clare apparet adverbium φίλως hoc loco prorsus non sensu carere; accedit auctoritas codicum quos dixi; denique ne neglegamus adverbia et καρπαλίμως et φίλως ante caesuras esse posita quo verborum ordine homoeoteleuton grammaticum quod vocatur factum est[1]. Quibus de causis legendum erit φίλως. Ceterum in hoc loco explicando illud φίλως quod in Iliade semel occurrit *(Δ 347 νῦν δὲ φίλως χ' ὁρόωτε)* nihil nos adiuvat, quod significat fere „vergnüglich".

De Hesiodo.

Inveni

1. adverbia localia et temporalia:

ἐξοπίσω: Th. 182, 500; Op. 88.

ἔσω: Th. 750; Scu. 151 (vers. damn. Lehrs, Peppm.).

κάτω: Th. 301.

ὀπίσσω: Th. 488; Op. 741 (L: ὄπισθεν); Scu. 92, 256.

---

1) Cf. R. Holzapfel, Über den Gleichklang bei Homer, in „Zeitschrift f. d. Gymnasialwesen hrsg. v. W. J. C. Mützell", V., pag. 24, Berlin 1851.

2. adverbia pronominalia:

αὔτως: Th. 402, 600, 702.
ὁμῶς: Th. 74, 366, 672, 771; Op. 3, 20, 372, 459, 669 (om. FG).
ὅμως: saepius.
οὕτω: Th. 448; Op. 424 (*Ω Ψ Φ*: *-τω*: cod. Ambr. C 222: *-τως*), 433 (N: *-τως*), 490.
οὕτως: Th. 452; Op. 105.
πω(ς), πῶς, τώς: saepius.
ὧδε: Op. 35, 203, 382, 473, 760 (F: *ῷδ'*).
ὡς et *ὥς:* saepissime.

3. adverbia a nominibus et verbis derivata in *-ως* cadentia:

ἁγνῶς: Op. 337.
ἀπτερέως: frg. 96, 46.
ἀσπασίως: Scu. 45.
ἀστεμφέως: Th. 748 (D: *-στεφέως*).
ἀσφαλέως: Th. 86 (Aristides II p. 131,9 D: *ἀτρεκέως*).
διηνεκέως: Th. 627.
ἐμμαπέως: Scu. 442.
ἐμμενέως: Th. 712; [Scu. 429; libri et A: *ἐμμενέως;* J. F. v. Meyer in Heinrichii ed. 218, al.: *ἐμ μένεος*].
ἐνδυκέως: Scu. 427 (E: *-δικέως;* I L: *-δικαίως;* G: *-δοκέως*).
ἐπικρατέως: Op. 206 (Paley ed.[1] 29: *-κρατέων?*); Scu. 321, 419, 461.
ἑτεροζήλως: Th. 644.
εὐκόσμως: Op. 628.
[*ἡσύχως:* Th. 763; m.[1] Ω b, corr. in E: *ἡσύχως*].
θοῶς: Scu. 418.
καθαρῶς: Op. 337.
καρπαλίμως: Th. 492; Scu. 452.
λιγέως: Scu. 233 (M i. textu: *κεκληγὸς;* i. marg.: *γρ' καὶ „λιγέως"*).
μεγάλως: Th. 429 (Köchly Op. I 279: *λιπαρῶς* e schol.).
[*ὀρθῶς:* Op. 727; E O P, Et. gen. cod. A, Anecd. Ox.: *ὀρθῶς;* A Ω Ψ N Q: *-θός*].
ὀτραλέως: Scu. 410.
περιφραδέως: frg. 208.
προφρονέως: Th. 433 (D: *-νέουσ*), 677.

ῥηιδίως: Th. 90, 442; Op. 43, 215, 288.
σκολιῶς: Op. 258, 262.
συνεχέως: Th. 636 (E: *συνεχέες;* Nauck: *ἐμμενέως* e vers. 712).
ταχέως: Th. 103 (A: *ΤΑΧΕΩ* < *ς*).
φίλως: Scu. 45 (F: *-λους;* L M O^2: *-λίως;* K: *-λέως*).
χαλεπῶς: Op. 684.

4. adverbia a participiis formata:

ἐπισταμένως: Th. 87 (Stobaei codd. S A: *-στάμενος*); Op. 107.
ἐσσυμένως: Th. 181; Scu. 340, 411, 435.

Unci rotundati (. . . .), quos in meis enumerationibus posui, continent varias codicum lectiones; unci quadrati [. . . .] dubias lectiones vel incertas coniecturas in textum ab aliquo receptas quas in adverbiis computandis respicere non potui.

Pauca addam. Primo obtutu cognoscis Hesiodum Homeri imitatorem permulta adverbia ex illius carminibus hausisse. Nam inveniuntur adverbia Homeri sermonis propria *ἀστεμφέως, διηνεκέως, ἐνδυκέως, ἐπικρατέως* sim. neque evitantur adverbia affectus *ἀσπασίως, προφρονέως, φίλως;* modum procedendi indicantia *θοῶς, καρπαλίμως, ὀτραλέως, ταχέως, ἐσσυμένως;* adverbium temporale *ἐμμαπέως* quae apud illum offendi.

Neminem fugere poterit poetas epicos alia adverbia usurpavisse atque lyricos scaenicosque. Cum enim linguae Graecae natura non magis dactylicis quam iambicis et trochaicis numeris destinata sit, poetae heroici coacti sunt tales artes adhibere ut difficultates metri dactylici superarent id quod iam supra tetigi. Hoc modo orta sunt adverbia *ῥηιδίως, διηνεκέως, ἀπηλεγέως, ἀτρεκέως, προφρονέως, ἐμμαπέως, ἐνδυκέως* similiaque quattuor vel quinque syllabas continentia quae poetae non dactylici fere prorsus evitaverunt. Unde id quoque factum est, ut omnes poetae epici plurima adverbia ab Homero cuius vestigia secuti sunt, depromerent. Quod ut facilius intellegas, hoc loco afferam praeter adverbia Hesiodea ea quae in hymnis, epigrammatis, Batrachomyomachia Homero adscriptis occurrunt. Inveni[1])

---

1) Adhibui editionem ab E. Abelio (Leipzig, Prag 1886) factam.

adverbia vere modalia haec:

ἁγνῶς: h. I 121.
ἀδίκως: h. III 316 (Baumeister, Abel: *ἐκδεδαώς*).
αἰνῶς: h. I 64, 70; V 254; Batrach. 229.
[*ἀκαλῶς:* h. II 94; M: *ἀλλά τοι ὥς;* cett.: *ἀλλὰ καὶ ὥς;* Kaegi: *ἀλλ' ἀκαλῶς;* Baumeist.: *ἀλλ' ἀκέων*].
[*ἄλλως:* h. I 53; libri: *ἄλλος;* Bothe: *ἄλλως*].
ἀπηλεγέως: h. III 362.
ἀπρεπέως: h. III 272.
ἀσπασίως: h. V 458; VI 6.
ἀτρεκέως: h. III 380 (vers. eiec. Hermann), 448, 459, 564.
ἐμμαπέως: h. IV 180.
ἐνδυκέως: h. XXVI 4.
ἐπιζαφελῶς: h. III 487.
εὐαγέως: h. V 274, 369.
εὐθύμως: Batrach. 143.
ἡσυχίως: h. III 438.
θοῶς: h. III 304; IV 67 (M: *ῥίμφα*); VII 7.
καθαρῶς: h. I 121.
κακῶς: epigr. XIV 19.
καλῶς: epigr. XIV 4.
καρπαλίμως: h. II 103; V 371.
λιγέως: h. III 425.
μαψιδίως: h. II 275.
νημερτέως: h. V 71.
πάντως: h. I 19 (M: *πάντοσσ'*); II 29 (M: *πάντοσ'*); Batrach. 132.
περιζαμενῶς: h. III 495.
προφρονέως: h. III 561; V 138, 487.
ῥηιδίως: h. II 243; III 396; IV 39; XX 6.
σαφέως: h. V 149.
στερεῶς: h. IV 25; V 330.
ταχέως: h. I 108;

adverbia a participiis formata:

ἐπισταμένως: h. III 390; Batrach. 112.
ἐσσυμένως: h. III 150 (L: *ἐσυμένης*), 215 (vers. om. L), 297, 320; V 341, 359, 449; XXVIII 8; XXXII 10.

Etiam posterioris aetatis poetae heroici eadem adverbia usurpare soliti sunt quod ad illustrandum ex Apollonii Rhodii Argonauticis cuius carminis elocutionem ab Homeri dicendi genere pendere satis constat[1]), exscripsi nonnullos locos quibus illius adverbia inveniuntur:

ἀπηλεγέως: I 439, 785; II 25, 845; IV 902, 1469.
ἁρπαλέως: II 306; IV 56.
ἀσπασίως: I 270, 1173; II 728; III 301; IV 1781.
ἀτρεκέως: I 661; II 182, 212, 1142.
ἀφραδέως: II 327, 481.
διηνεκέως: I 649, 847; III 401.
ἐκπάγλως: III 60.
ἐπικρατέως: I 367, 914.
ἐπισμυγερῶς: I 616; IV 1267, 1651.
ἐπιφραδέως: I 1021, 1336.
ἐσσυμένως: I 789; II 1171, 1245.
εὐαγέως: I 517; II 699.
εὐκόσμως: I 530, 1120.
θαρσαλέως: I 707, 761; II 336, 436, 877; III 425.
καρπαλίμως: II 901; III 450.
λευγαλέως: II 129; III 703.
λιγέως: III 463.
νωλεμέως: III 346.
ὀτραλέως: I 1210.
περιφραδέως: I 394.
προφρονέως: II 800; III 1189.
ῥηιδίως: I 155, 850, 893; III 88.
τεχνηέντως: I 561.

Sed ut ad Hesiodum redeamus, novavit ille vel novavisse videtur septem adverbia eorumque quattuor stirpium in *ο* exeuntium *(ἁγνῶς, ἑτεροζήλως, καθαρῶς, σκολιῶς)*, tria quae a stirpibus in *ς* cadentibus derivata sunt *(ἀπτερέως, ἐμμενέως, συνεχέως)*. — Ceterum in novis adverbiis investigandis respiciendum est multa ex iis quae ab hoc vel illo novata esse

---

1) Cf. quae nuperrime de hac re disseruit E. Peschties, Quaestiones philologicae et archaeologicae de Apollonii Rhodii Argonauticis, Dissert., Königsberg 1912.

videntur, iam a prioribus quibusdam scriptoribus adhiberi potuisse quorum libri non sunt servati. Accedit quod nonnulli libri cui saeculo attribuendi sint, non satis certo constat id quod e. c. valet de hymnis Homericis. Denique fieri potest ut non pauca adverbia iam pridem in usu cottidiano fuerint, in scriptorum sermonem postea demum inducta. Itaque satis habeo demonstrare quae adverbia primum apud scriptores singulos adhibita invenerim.

In hymnis qui septimo sexto quinto saeculis adscribuntur, primum usurpata videmus adverbia *ἀδίκως, ἡσυχίως; ἀπρεπέως, εὐαγέως, περιζαμενῶς, σαφέως;* cetera in iis occurrentia omnia iam Homero vel Hesiodo non ignota. Hic invenimus illa quoque adverbia Homerica quorum de usu supra pag. 39 sq. separatim disputavi, *αἰνῶς, ἐπιζαφελῶς* quibus Hesiodus caret.

Tamen monendum est numerum adverbiorum quae apud Hesiodum exstant altero tanto accrevisse, quod ex tabella pag. 17 composita cognoscere potes.

Iuncturam adverbii in *-ως* cadentis quae fit cum adiectivo vel adverbio, non offendi apud Hesiodum, sed in hymnis:

πάντως: I 19 *π. εὔυμνον,* cf. II 29.
αἰνῶς: I 64 *αἰ. ἐτήτυμον.*

Pluribus locis adverbium participio adpositum est:

αἰνῶς: Hom. h. V 254 *μάλ' αἰ. κοτέσασα.*
ἀστεμφέως: Hes. Th. 748 *ἀ. ἑστηώς.*
ἀσφαλέως: Hes. Th. 86 *ἀ. ἀγορεύων.*
ἀτρεκέως: Hom. h. III 564 *ἀ. ἐρεείνων.*
ἐνδυκέως: Hes. Scu. 427 *ἐ. σχίσσας.*
ἐπισταμένως: Hom. h. III 390 *ἐ. ἀρνεύμενον,* Batrach. 112 *ἐ. δείραντες.*
εὐαγέως: Hom. h. V 274-369 *εὐ. ἔρδοντες.*
εὐκόσμως: Hes. Op. 628 *εὐ. στολίσας.*
θοῶς: Hom. h. IV 67 *θ. πρήσσουσα κέλευθον.*
λιγέως: Hom. h. III 425 *λ. ὑπαείδων.*
σκολιῶς: Hes. Op. 258 *σ. ὀνοτάζων;* 262 *σ. ἐνέποντες.*

Novi aliquid invenimus quattuor locis quibus bina adverbia cum uno verbo conexa sunt:

Hes. Op. 337 ἔρδειν ἱερὰ … | ἁγνῶς καὶ καθαρῶς.
Hom. h. I 121 ἁγνῶς καὶ καθαρῶς … λόον.
Hes. Scu. 45 ἀσπασίως τε φίλως τε … εἰσαφίκανεν.
Hes. Scu. 419 ἔγχεϊ μακρῷ … θοῶς … | ἤλασ' ἐπικρατέως,

qua in iunctura quasi per propagationem alterum adverbium in -ως exiens ad alterum formandum multum valuisse apparet. Sed interdum poetae rationibus metricis coacti adverbia varii generis copulaverunt; cf.

Hes. Scu. 233 ἰάχεσκε σάκος … | ὀξέα καὶ λιγέως.
Hom. h. III 390 εὖ καὶ ἐπισταμένως ἀρνεύμενον, cf. locos Homeri *K* 265; υ 161; ψ 197.

Adverbia cum verbis veniendi ab his quoque poetis coniuncta esse demonstrant loci hi:

Hes. Scu. 45 ἀσπασίως τε φίλως τε εἰσαφίκανεν.
Hes. Th. 748 ἀστεμφέως ἑστηώς.
Hom. h. III 304 θοῶς ἀνόρουσε.
Hom. h. IV 67 θοῶς πρήσσουσα κέλευθον, cf. VII 7.
Hes. Scu. 452 καρπαλίμως ἐπόρουσε.
Hom. h. II 103 καρπαλίμως προσέβης.
Hom. h. II 275 μαψιδίως ἀλάλησθε.
Hes. Op. 684 χαλεπῶς φύγοις.
Hes. Scu. 340 ἐσσυμένως ἐβήσατο, cf. 435.
Hom. h. III 150 ἐσσυμένως ἐπῴχετο, 215 ἐ. ἤιξεν, 320 ἐ. βάδιζε, V 341 ἐ. κατόρουσε, cf. XXVIII 8.

Adverbium ἀπτερέως per productionem ex ἀπτέρως ortum videtur esse. Nostrae aetatis viri docti item atque veteres grammatici explicant „wie im Fluge", „sehr schnell"; contrarie Wernicke[1]) primam syllabam pro α privativo accepit vertitque „langsam".

Poetae lyrici.

a) Elegiaci et iambici.

Praemonendum est hoc. Adverbia localia[2]) et temporalia in -ω exeuntia atque a pronominibus derivata abhinc non congeram

1) F. A. Wernicke in editione Tryphiodori carminis ἅλωσις Ἰλίου, (Leipzig 1819), pag. 135.

2) cf. Heinicke, De graecis adverbiis loci, pag. 2, progr., Osterode 1885.

quia iam nihil valent ad quaestionem nostram; adde quod ab omnibus posterioris aetatis scriptoribus aequaliter atque ab Homero et Hesiodo adhibita sunt. Memoratu dignum est tantummodo οὐδαμῶς quod primum apud Aeschylum offendi; cf. Prom. 337; Pers. 240; Suppl. 731; Ag. 924; Choeph. 682, 840, quibus locis οὐδαμῶς s. μηδαμῶς temporalem nondum habet significationem quae est *numquam*, sed nulla alia vi nisi plenae negationis praeditum est (i. e. *nequaquam*).

Itaque statim me convertam ad

adverbia modalia in -ως cadentia:

ἀβλαβέως: Theogn. v. 1154.
⟨ἁγνῶς: Ion 2, 5; [Crates 1, 10 libri: ἁγνὰς; Wilamow.[1]) coni.: ἁγνῶς]⟩.
ἀδίκως: Sol. 3, 6; 12, 7; Theogn. v. 146, 199.
⟨ἀλαθέως: Cercid. 2, 5; 3, 2⟩.
ἄλλως: Theogn. v. 157.
⟨ἀμέτρως: Critias 5, 4⟩.
ἁπλῶς: fragm. eleg. adesp. 11.
ἀργαλέως: Theogn. v. 1091.
ἁρπαλέως: Mimn. 11, 8; Theogn. v. 1046.
ἀσφαλέως: Archil. 55, 4; 62, 4.
ἀτρεκέως: Theogn. v. 636.
ἀτρεμέως: Theogn. v. 978.
ἀφελῶς: Theogn. v. 1211.
ἀφθόνως: Sol. 33, 5.
βιαίως: Cleobulina 1, 1.
δικαίως: Sol. 32, 10; Hippon. 68; Theogn. v. 753.
διπλασίως: Sol. 12, 73.
ἐκδίκως: Sol. 32, 9.
⟨ἐμμαπέως: Ion 4a⟩.
ἐμπέδως: Semon. 7, 20.
ἐμφανέως: Theogn. v. 1082 f.
⟨ἐναργῶς: Aristotel. 1, 4⟩.
ἐτύμως: Xenophan. 7, 4; ⟨Ion. 4, 3⟩.
εὐκόσμως: Theogn. v. 242.

1) In Hermae vol. XXIX p. 151 not. 3.

εὐμαρέως: Theogn. v. 406, 463.
⟨εὐσεβέως: Aristotel. 1, 2⟩.
εὐτόλμως: Tyrt. 13, 4.
εὐφροσύνως: Theogn. v. 766.
⟨θεσπεσίως: Plato 22, 2⟩.
ἴσως: Theogn. v. 224, 271.
καθαρῶς: Theogn. v. 198.
κακῶς: Archil. 61, 2; Semon. 23, 2; Mimn. 7, 4; Sol. 12, 69; Hippon. 22, 2; Theogn. v. 279, 368, 655, 796, 845, 846, 1130, 1184b, 1279.
καλῶς: Theogn. v. 589; ⟨Critias 2, 19⟩; frgm. iamb. adesp. 33.
λάβρως: Theogn. v. 988.
λείως: Archil. 95; Sol. 30, 3.
μειλίχως: Semon. 7, 18.
νωλεμέως: Tyrt. 3, 5; 10, 17.
⟨ὀλιγώρως: Plato 20, 1⟩.
⟨ὁμαλῶς: Critias 2, 25⟩.
ὁμοίως: Sol. 32, 18; ⟨Euen. 1, 1⟩.
⟨ὀρθῶς: Euen. 1, 2; 3, 2⟩.
⟨ὁσίως: Aristotel. 3, 1⟩.
παγκάκως: Semon. 3, 2.
παντοδαπῶς: frgm. eleg. adesp. 11.
πάντως: Sol. 2, 16, 29; 12, 8, 28, 31, 42, 55; Theogn. v. 305, 967, 1104.
προφρόνως: Semon. 7, 107; Theogn. v. 786.
ῥηιδίως: Theogn. v. 239, 524, 592, 1034; ⟨Crates 10, 2⟩.
σαφηνέως: Theogn. v. 963.
σοφῶς: frgm. iamb. adesp. 19, 1.
συγκόλλως: Cleobulina 2, 2.
⟨συνεχῶς: Crates 1, 3⟩.
ταχέως: Sol. 2, 18, 21; 12, 13.
τερπνῶς: Theogn. v. 914.
τρυφερῶς: Hippon. 82, 4.
⟨φανερῶς: Aristotel. 3, 3⟩.
χαλεπῶς: Theogn. v. 520 bis, 674;

adverbia a participiis formata:

ἐπισταμένως: Theogn. v. 212, 510, 676.

1. De frequentia adverbiorum apud hos poetas obvia.

Uncis angulatis ⟨. . .⟩ adverbia inclusi aetatis multo recentioris quam qua orta sunt reliqua. Itaque cave putes haec adverbia uncinata quae esse novata videntur, a poetis adscriptis primum adhibita esse; nonnulla enim eorum iam apud Pindarum atque poetas scaenicos qui eadem vel priore aetate (i. e. saeculis quinto quarto) fuerunt inveniri demonstrant exempla haec: adverbia in Aristotelis carminibus obvia *ἐναργῶς* iam a Sophocle, *εὐσεβέως* iam a Pindaro, *ὁσίως* iam ab Euripide, *φανερῶς* iam ab Aeschylo usurpata sunt; praeterea adverbia *ὀρθῶς* (Euenus) et *ἀλαθέως* (Cercidas) iam apud Aeschylum exstant. Etiam ad usum adverbii quam frequens apud poetas elegiacos et iambicos fuerit investigandum tantummodo respexi poetas saeculorum septimi sexti Callinum, Archilochum, Semonidem, Tyrtaeum, Mimnermum, Solonem, Cleobulinam, Ananium, Phocylidem, Theognidem, Hipponactem, Xenophanem ea causa quod, qua ratione saeculis insequentibus adverbium adhibitum sit, facilius cognoscere potes e fabulis scaenicis quae multae ad nos pervenerunt quam ex fragmentis exiguis poetarum lyricorum recentiorum Ionis, Eueni, Critiae, Platonis, Aristotelis, Cercidae, Cratetis al. Apud illos autem poetas occurrerunt mihi in millenis versibus 16 adverbia in *-ως* cadentia et quidem 32^{iens} adhibita quam frequentiam multo maiorem esse quam Homeri et Hesiodi e tabella pag. 17 constituta elucet.

In numeris pag. 16 compositis rationem chronologicam non severe secutus computavi omnia quae nova apud hos poetas obveniunt retrospectanti ad Homerum et Hesiodum. Iam vero in his carminibus observatur adverbia initio quidem rarius, postea temporum decursu increscente crebritate novata esse; nam apud saeculi septimi poetas pauca stirpium in *o* cadentium nova haec inveniuntur: *λείως* (Archilochus); *ἐμπέδως, μειλίχως, παγκάκως* (Semonides); *εὐτόλμως* (Tyrtaeus); saeculi sexti aliquanto plura: *ἀδίκως*[1]), *ἀφθόνως, διπλασίως, ἐκδίκως, ὁμοίως* (Solon); *συγκόλλως* (Cleobulina); *τρυφερῶς* (Hipponax); *ἐτύμως* (Xenophanes); *ἀργαλέως, εὐφροσύνως, ἴσως, λάβρως,*

1) hoc adverbium nescio an prius usurpatum sit in Hom. hymn. III 316.

τερπνῶς (Theognis); ibidem a stirpibus in *ς* cadentibus formata: *ἀβλαβέως, ἀτρεμέως, ἀφελῶς, ἐμφανέως, εὐμαρέως, σαφηνέως* (Theognis). Exigua fragmenta quae ex saeculis insequentibus servata sunt praebent adverbia, si illa sex quae dixi neglegis, pauca haec: *ἀμέτρως, ὁμαλῶς* (Critias); *ὀλιγώρως* (Plato); sequuntur tria nesciocui tempori attribuenda *ἁπλῶς, παντοδαπῶς, σοφῶς*.

Nonnullos poetas perpauca adverbia offerre per se explicatur vel eo quod versus eorum non multi supersunt. Praeterea observari potest hos poetas nulla nisi quae ad materiam tractandam opus erant adverbia admisisse, cuius rei habeo exempla haec: Tyrtaeus poeta qui carminibus suis animos Lacedaemoniorum ad patriam defendendam incitabat usurpavit adverbium *νωλεμέως* verbis pugnandi adiunctum itemque *εὐτόλμως*. Solon Atheniensis vir peritissimus leges scribendi adverbia *δικαίως, ἀδίκως, ἐκδίκως* sim. adhibere coactus est idemque *πάντως, ταχέως* quo facilius indicaret Nemesim (vel ut eius verbis utar *δίκην, τίσιν, ἄτην, μόρσιμα*) vere atque repente adfuturam esse. Aliter res se habet apud Theognidem qui ad varii generis sententias conscribendas multis variique generis adverbiis indigebat.

Omnino illis imprimisque posterioribus temporibus, quibus adverbium in *-ως* cadens in sermone cottidiano usitatius esse coepit quam Homeri aetate, coniciamus necesse est adverbia pro poeseos generibus aut admissa aut evitata esse id quod infra facilius perspicies.

2. De significatione adverbiorum.

Adverbia Homerica quae ita ut apta numeris dactylicis essent conformata erant, iam nusquam exstant nisi apud eos poetas qui versum heroicum adhibuerunt; dico adverbia *ἁρπαλέως, ἀτρεκέως, ἐμμαπέως, θεσπεσίως, νωλεμέως, ῥηιδίως, ἐπισταμένως* apud Ionem, Tyrtaeum, Mimnermum, Theognidem, Platonem occurrentia. Negatio quoque illa fortior quae est *πάντως οὐ* apud Homerum non raro obvia tantummodo invenitur

Solon 12, 55 *τὰ δὲ μόρσιμα πάντως | οὔτε τις οἰωνὸς ῥύσεται οὔθ' ἱερά.*

Theogn. v. 305 *τοὶ κακοὶ οὐ πάντως κακοὶ ἐκ γαστρὸς γεγόνασιν.* Aliis locis adverbium *πάντως* accepit significationem affirmativam *vere* neque conservavit Homericam *omnino, prorsus.*

Praeterea pondus illud peculiare quod in adverbiis Homericis pag. 39 sqq. observavimus, fere prorsus evanuit; concedo quidem hos poetas Homeri vestigia pressisse locis his:

Tyrtaeus 3, 5 *ἀμφ' αὐτὴν δ' ἐμάχοντ' ἐννεακαίδεκ' ἔτη*
νωλεμέως αἰεί,

ubi *νωλεμέως* enuntiati sedem postremam, primam versus tenet atque adverbio *αἰεί* adiunctum est ut vis eius augeatur; neque aliter

id. 10, 17 *ὅστις ἀνὴρ διαβὰς ἐν προμάχοισι μένῃ | νωλεμέως,*

cuius loci in comparationem voco exempla Homerica:

N 780 *ἐκ τοῦ δ' ἐνθάδ' ἐόντες ὁμιλέομεν Δαναοῖσιν | νωλεμέως.*
υ 24 *τῷ δὲ μάλ' ἐν πείσῃ κραδίη μένε τετληυῖα | νωλεμέως.*
T 232 *ἀνδράσι δυσμενέεσσι μαχώμεθα νωλεμὲς αἰεί* |.
T 68 | *ἀσκελέως αἰεὶ μενεαίνειν.*

Ceterum in prima versus sede posita sunt adverbia haec quoque *ἀσφαλέως*: Archilochus 62, 4; *ῥηιδίως*: Theognis v. 239, 592; Crates 10, 2.

Atque adverbium *συγκόλλως* a verbi *συγκολλᾶν* stirpe derivans Cleobulina eadem qua Homerus *ἀπηλεγέως* ratione formavit: 2, 2 *κολλήσαντα οὕτω συγκόλλως* quo loco *συγκόλλως* habet significationem *conglutinate* principalem quae paulatim attenuabatur in *apte.*

Κακῶς quoque adverbio genuina vis inest uno loco hoc: Hipponax 22, 2 *κάρτα κακῶς ῥιγῶ* quod nostra lingua vertendum est „es friert mich in ganz übler Weise", neque vero „schlecht"; cf. Hom. *ω* 250 *αὐχμεῖς κακῶς.*

Alia natura praedita et certe recentiora sunt adverbia verbis *πράττειν, ποιεῖν, πάσχειν, λέγειν, φρονεῖν* sim. addita quae accusativis adiectivorum neutrius generis sunt substituta; dico structuras *κακῶς λέγειν, κ. πράττειν* quae pro *κακὰ λέγειν, κ. πράττειν* apud hos poetas primum saepius apparent:

Archiloch. 61, 2 *τὸν κακῶς δρῶντα.*

Mimnerm. 7, 4; = Theogn. v. 796 *κακῶς σε ἐρεῖ,* cf. Theogn. v. 1130.

Solon 12, 69 *τῷ κακῶς ἔρδοντι*, cf. Theogn. v. 368, = 1184b, 1279.
Theogn. v. 655 *παθόντι κακῶς*.
id. v. 589 *τῷ καλῶς ποιεῦντι*.
Archiloch. 95 *λείως οὐδὲν ἐφρόνεον*.

Huc referenda est iunctura quoque adverbii cum *ἔχειν* verbo intransitivo facta quam Homero prorsus ignotam fuisse supra pag. 43 sq. demonstravi; exstat enim

Theogn. v. 1091 *ἀργαλέως μοι θυμὸς ἔχει*,
frgm. iamb. adesp. 33 *τἀμὰ γὰρ καλῶς ἔχει*.

Haec locutio eodem modo quo adiectivum cum verbo *εἶναι* conexum significat condicionem alicuius hominis vel rei; similiter verba quoque *κεῖμαι* et *διάκειμαι* quae inveni

Theogn. v. 846 *τὸ κακῶς κείμενον*.
Critias 2, 25 *ἡ δίαιθ' ὁμαλῶς διάκειται*.

Sed tamen aliter *ἔχειν* vertendum esse satis facile intellegitur comparatis locis his:

Semon. 7, 20 *ἐμπέδως ἄπρηκτον αὐονὴν ἔχει*.
Theogn. v. 676 *ὅτις φυλακὴν εἶχεν ἐπισταμένως*.

Huius loci esse existimo etiam duos versus tractare qui quia verbo finito carent, non faciles ad interpretandum sunt. Agitur de fragm. eleg. adesp. 11, ubi legimus

ἐσθλοὶ μὲν γὰρ ἁπλῶς, παντοδαπῶς δὲ κακοί:

hoc in versu contextus sententiarum (cf. Aristotel. Eth. Nic. II, 6) postulat ut suppleamus *γιγνόμεθα* vel *γίγνονται*.

Similiter in Theognidis versibus 519—520

ἤν δέ τις εἰρωτᾷ τὸν ἐμὸν βίον, ὧδέ οἱ εἰπεῖν·
ὡς εὖ μὲν χαλεπῶς, ὡς χαλεπῶς δὲ μάλ' εὖ

quaeritur quid adverbia *εὖ, χαλεπῶς* sibi velint quodque verbum subaudiendum sit. *εὖ* vim adverbii augere infra videbimus, ut *εὖ χαλεπῶς* idem valeat quod *μάλα χαλεπῶς*. Idem officium habet si adverbio *μάλα* additur quod docent loci Homerici: *Ψ* 761 *εὖ μάλα χερσὶ τανύσσῃ*. *δ* 96 *εὖ μάλα ναιετάοντα*. *χ* 190 *εὖ μάλ' ἀποστρέψαντε*. *ω* 123 *εὖ μάλα πάντα καὶ ἀτρεκέως καταλέξω*. Hymn. I 171 *εὖ μάλα πᾶσαι ὑποκρίνασθε*, ubi *εὖ μάλα* significat *admodum*. Quae iunctura hoc quoque loco usurpata esse mihi videtur ordine inverso quem nusquam alibi

inveni nisi Plat. Theaet. p. 156 A: *μάλ' εὖ ἄμουσοι* et Aristophanis frgm. Anagyri ap. Suidam sub *ξυννένοφεν*: *βροντᾷ μάλ' εὖ,* aliis enim locis Homer. Od. *ψ* 175: *μάλα δ' εὖ οἶδα*, Archiloch. frgm. 53, 3 sq.: *μάλ' εὖ βεβηκότας ὑπτίους κλίνουσι,* Plato Soph. p. 169 B: *μάλ' εὖ ξυγκεκόφασιν,* cf. p. 236 D, quibus illa iunctura exstare videtur, tamen de alia agitur: nam *εὖ* his locis est adverbium vere modale (i. e. *bene*) adverbioque *μάλα* augetur. Itaque cum Theogn. v. 520 praebeat fere sensum: *valde male me habere et maxime valde*, supplendum videtur esse verbum *ἔχειν* vel potius ex *βίον* (vers. 519) *βιοῦν* s. *ζῆν*.

Adverbia enim verbis vivendi addita apud hos primum poetas non raro inveniuntur: Semon. 3, 2 *ζῶμεν παγκάκως*. Theognis v. 766 *εὐφροσύνως διάγειν,* id. v. 914 *ζώω τερπνῶς,* id. v. 1154 *ζώειν ἀβλαβέως,* accedit ille vers. 520.

Memoratu digna sunt adverbia novata quae significant *accurate, plane, recte* sim. *ἐμφανέως, ἐναργῶς, ἐτύμως, ὀρθῶς, σαφηνέως, σοφῶς,* quia Homerus et Hesiodus iis prorsus caruerunt, sed posteriores scriptores saepius usi sunt; iuvat observare apud Theognidem qui sub finem saeculi sexti floruit, in versu 90 formam antiquam *ἀμφαδίην* Homeri propriam retentam, sed in versu 1082 f. concinenti adverbium recentius *ἐμφανέως* substitutum esse.

Neque tacebo adverbium *ἁρπαλέως* notione Homerica *avide* abiecta apud hos poetas fere significare *suaviter, iucunde.* Exstat Mimnerm. 11, 8 *ἁρπαλέως εὕδοντα.* Theognis v. 1046 *δέξεται ἁρπαλέως.*

Neque adverbium *ἴσως* indignum est cuius mentionem faciam; id enim poetis epicis antiquis ignotum primum apud Alcaeum et Sappho occurrit et apud Theognidem v. 224 *ἴσως γὰρ πάντες ποίκιλ' ἐπιστάμεθα,* v. 271 *ἴσως τοι τὰ μὲν ἄλλα θεοὶ θνητοῖς . . . ἔδοσαν,* quibus locis illi adverbio inest genuina notio *aequaliter;* eadem significatione praeditum Solon iam ante huius aetatem semel usurpaverat adverbium *ὁμοίως*: 32, 18 *θεσμοὺς δ' ὁμοίως* (i. e. *pariter*, non *similiter*) *τῷ κακῷ τε κἀγαθῷ ἔγραψα,* cf. Euen. 1, 1.

Neque Homerus neque Hesiodus adverbium *ἀληθῶς* novisse videntur, sed primum offendimus apud Simonidem (3, 1) et Aeschylum (Suppl. 314), ubi item atque apud Cercidam

nullam aliam nisi *vere* significationem habet; affero Cerc. 2, 5 *ἧς γὰρ ἀλαθέως Διογένης*, id. 3, 2 *οἶκος γὰρ ἄριστος ἀλαθέως καὶ φίλος*, eadem ratione adverbium *ἀτρεκέως* posuit Theognis in versu 636 *οἳ νῦν ἐν πολλοῖς ἀτρεκέως ὀλίγοι.* At verbo dicendi adiectum est nusquam adverbium *ἀληθῶς*, sed ubique formae neutrius generis *ἀληθές, ἀληθῆ* quae structura iam apud Homerum tritissima est; e. g. *Z* 382 *ἀληθέα μυθήσασθαι. γ* 254 *ἀληθέα πάντα ἀγορεύσω. ν* 254 *ἀληθέα εἶπε*, conferas velim iuncturam linguae Latinae *vera dicere*, non *vere d.*

Denique subiciam ab his poetis usurpata adverbia affectus: *ἁρπαλέως, ἀτρεμέως, εὐφροσύνως, λάβρως, τερπνῶς, προφρόνως* (syllaba prima *προ-* ab Homero et Semonide longa, sed a Theognide brevis accipitur); desiderantur Homerica *ἀκηδέστως, ἀπηλεγέως, ἀσπασίως, φίλως;* temporalia: *ἐμπέδως, ἐμμαπέως, συνεχῶς, νωλεμέως;* Homericum *ἀσκελέως* evanuisse videtur; unum adverbium modum procedendi indicans: *ταχέως;* praeter hoc Homerus adhibuerat *ἁρπαλέως, ἐλαφρῶς, ἐσσυμένως, θοῶς, καρπαλίμως, κραιπνῶς, ὀτραλέως, ὀτρηρῶς.*

3. De copulatione adverbiorum.

De iuncturis nonnullis iam supra in parte altera (pag. 60 sqq.) egi.

Hoc loco notabiles sunt Theognidis versus 241 sqq.

καί σε σὺν αὐλίσκοισι λιγυφθόγγοις νέοι ἄνδρες
εὐκόσμως ἐρατοὶ καλά τε καὶ λιγέα
ᾄσονται,

ubi *εὐκόσμως ἐρατοί* = „die mit Wohlanstand geliebt werden". Adiectivum enim verbale *ἐρατοί* cui inest vis vere participialis (fere ut *φιλούμενοι*) si modus eius significabatur, adverbio in *-ως* cadente indigebat quo facilius conexio verborum perspiceretur; nam si adiectivum *εὔκοσμοι* praedicative substitueris, sensum valde mutari elucet quia illud ad *ἄνδρες* referri potest. Contra formae neutrius generis *καλά* et *λιγέα* adposita indicant quo modo adulescentes cantaturi sint. Cum enim adverbium *καλῶς* iam apud Homerum in aliis copulationibus pro adiectivo neutrali *καλά* poni coeptum esset, formae neutrius generis *καλόν, καλά* sim. inde ab Homeri aetate per omne aevum verbis sonandi

et loquendi adiunctae sunt qui usus in lingua quoque Latina occurrit[1]).

Adverbium cum verbis veniendi copulatum est locis paucis hisce: Archiloch. 55, 4 *ἀσφαλέως βεβηκώς*, id. 62, 4 *κατασταθεὶς ἀσφαλέως*. Solon 2, 16 *πάντως ἦλθε*, cf. 12, 8, 28, 31, id. 2, 18 *ταχέως ἤλυθε*, id. 12, 73 *διπλασίως σπεύδουσι*. Aristotel. 3, 1 *οὐχ ὁσίως παραβὰς θέμιν*.

Praeterea adverbium adiectivo vel adverbio adiunctum offendi nullum nisi adverbia *οὕτω(ς)*, *ὧδε*; neque in Theognidis versu 157

Ζεὺς γάρ τοι τὸ τάλαντον ἐπιρρέπει ἄλλοτε ἄλλως

haec iunctura se offert, sed vertendum est: „Zeus läßt die Wage bald hierhin, bald dorthin sich neigen“.

Eo plura adverbia participiis adposita invenire potes qui usus quam necessarius fuerit supra pg. 44 satis disputavisse videor; praesto mihi sunt exempla haec:

ἁγνῶς σπένδοντες: Ion 2, 5.
ἀδίκως πασάμενος: Theogn. v. 146.
ἁρπαλέως εὕδοντα: Mimn. 11, 8.
ἀσφαλέως βεβηκώς: Archil. 55, 4; *ἀ. κατασταθείς*: id. 62, 4.
ἀφελῶς παίζουσα: Theogn. v. 1211.
βιαίως ἐξαπατῶντα: Cleobul. 1, 1.
δικαίως } *πραθέντας*: Solon 32, 9—10.
ἐκδίκως }
ἐμφανέως νεῖκος ἀειράμενος: Theogn. v. 1082 f.
θεσπεσίως πνεῦμα βαλοῦσα: Plato 22, 2.
κακῶς δρῶντα: Archil. 61, 2; *τῷ κ. ἔρδοντι*: Solon 12, 69; cf. Theogn. v. 368, = 1184 b; *κ. παθόντι*: Theogn. v. 655; *τὸ κ. κείμενον*: id. v. 846.
καλῶς ποιεῦντι: Theogn. v. 589.
λείως κωτίλλοντα: Sol. 30, 3.
μειλίχως μυθεύμενος: Semon. 7, 18.
ὁσίως παραβάς: Aristotel. 3, 1.
ῥηιδίως ἀειρόμενος: Theogn. v. 239.

---

1) cf. exempla quae H. Priess nuperrime e poetis Latinis quibusdam deprompsit in dissertatione quae inscribitur „Usum adverbii quatenus fugerint poetae Latini quidam dactylici“, Marburg 1909, pag. 29 sqq.

συγκόλλως κολλήσαντα: Cleobul. 2, 2.
φανερῶς κρατήσας: Aristotel. 3, 3.

His exemplis allatis plane apparet iuncturas adverbii cum participio factas item atque adverbia ipsa apud hos poetas elegiacos et iambicos multo crebrius occurrisse quam apud Homerum; et ex his quoque quae attuli concludi potest participium adverbiis in -*ως* cadentibus formandis maxime favisse.

b) Poetae melici.

Inveni haec:

ἁβρῶς: Sapph. 5, 2; Stesich. 14, 2; Anacr. 13, 2.
ἀγανῶς: Anacr. 52, 1.
ἀδίκως: Simon. 74, 3; Timocr. 1, 9.
ἀδοιάστως: Anacr. 91.
ἀδόλως: Sapph. 5, 1 (Suppl. lyr.); scol. 6, 3.
ἀεικέως: Simon. 8, 1.
ἀλαθέως: Simon. 3, 1.
ἄλλως: Alcae. 4, 11 (Suppl. lyr.); ⟨Bacchyl. 29⟩.
ἀνυβρίστως: Anacr. 45, 3.
ἀπόρως: Simon. 29, 1.
ἀρτίως: Sapph. 16.
ἀσκητῶς: Simon. 136, 3.
[*ἀσ*]*πασίως*: Corin. 2, 87 (Suppl. lyr.).
ἀφειδέως: Alcae. 16, 4.
βροχέως: Sapph. 2, 7.
γελοίως: Timocr. 1, 10.
διανεκῶς: Corin. 13; ⟨Philox. 2, 23⟩.
ἐγκρατέως: Ibyc. 1, 9.
ἐλαφρῶς: Anacr. 63.
ἐμμελέως: Sapph.[1]) 52, 1; Anacr. 11, 2; Simon. 3, 3.
ἐμπεδέως: scol. 19, 1.
⟨*ἐξόχως*: Siro [Castorion?] 1, 1⟩.
⟨*ἐπικρατέως*: Philox. 2, 25⟩.
⟨*ἐτύμως*: Philox. 2, 26; Erinna 4, 3⟩.
ἴσως: Alcae. 42a, 2 (libri: *κενὶς ὡς*; Crusius corr.: *κὲν ἴσως*); Sapph. 7, 11 (Suppl. lyr.).

1) fragmentum ex coniectura poetriae vindicatum.

καθαρῶς: Simon. 146, 8 (sunt qui Antigenis hos versus esse censent; cf. adnotationem Hill.-Crus. p. LX).

κακῶς: Alcae. 39; Simon. 3, 8.

καλῶς: Alcman[1]) 60; Sapph. 10, 2; Anacr. 70, 3; Simon. 85, 1.

νηλεῶς: Anacr. 70, 2.

[*παντοδάπως*: coni. A. Fick Sapph. 18, 1 pro *παντοδάπαις*].

[*περισσῶς*: Philox. 3, 23; Crus. add.].

[*πυκινῶς*: Alcae. 40, 2; libri: *πυκινόν*; Bergk: *πύματον*; Crus.: *-κιν(ῶς)*].

ῥᾳδίως: carm. popul. 44, 16.

ταχέως: Sapph. 1, 21, 23.

[*τερπνῶς*: Sapph. 21, 3; versus pro spuriis habet Crus., cf. adnot.].

ὑκτρῶς: Corin. 1, 31 (Suppl. lyr.).

φιλοφρόνως: fragm. mel. adesp. 59.

Apud

c) Pindarum

mihi praesto sunt haec:

βιαίως: Pyth. IV 110; fragm. scol. 123, 6.

ἐλαφρῶς: Pyth. II 93.

ἐνδυκέως: Pyth. V 85 (D post corr.: *ἐνδικαίως*).

ἐξόχως: Ol. IX 69.

ἐτύμως: Ol. VI 77.

εὐσεβέως: Ol. VI 79.

εὐτυχῶς: Nem. VII 90.

εὐφρόνως: Pyth. X 40.

ὁμοίως: Ol. XI 10 (C N O: *ὅμως ὧν*; A B D E om.; Leutsch e schol. rest. *ὁμοίως*); Pyth. IX 78.

πάντως: Pyth. IV 75.

περισσῶς: frgm. hyporch. 110, 2; frgm. 216.

προφρόνως: Pyth. II 16; X 66; Nem. I 33.

σαφέως: Ol. VI 20; Pyth. IV 117.

ταχέως: Ol. V 13; Pyth. IV 126; Nem. X 137.

ὠκέως: Pyth. III 58; Nem. X 64; nov. frgm. 11, 6 (Suppl. lyr.).

---

1) cf. quae adnotavi ad *ἐμμελέως*: Sapph. 52, 1.

Adverbia a participiis derivata:
ἐσσυμένως: frgm. 166, 2.
πρεπόντως: Ol. III 9 (B: *Θήρωνος*).

1. De frequentia adverbiorum.

Adverbia quaecumque inveniuntur apud poetas saeculorum septimi sexti quinti ineuntis melicos Alcmana, Alcaeum, Sappho, Stesichorum, Ibycum, Anacreonta, Simonidem, Timocreontem, Corinnam si computaveris, fere aequaliter atque ab illis elegiacis et iambicis esse adhibita tibi concedendum erit: nam in millenis versibus occurrunt 16 adverbia eaque 23[iens] adhibita. Sed hos poetas singulos si usum adverbii accuratius investigaveris, valde inter se discrepare cognosces. Nam plurima adverbia eorum quae enumeravi inveniuntur in parvis carminibus ex occasione factis, quae multas voces structurasque e sermone cottidiano depromptas continere solent; itaque adverbia quoque inde repetita sunt. Dico carmina Anacreontis, Alcaei, Sapphus, epigrammata Simonidis sim. Quod ut illustrem, offeram exempla haec:

Carmina compotationibus scripta exhibent *ἀφειδέως* (Alcae. 16, 4), *ἁβρῶς* (Sapph. 5, 2; Anacr. 13, 2), *ἀνυβρίστως* (Anacr. 45, 3); in eiusmodi carminibus adverbiis ut res ferebat ad verba canendi et saltandi annexis usi sunt Stesichor. 14, 2 *ὑμνεῖν ἁβρῶς*, Anacr. 63 *ὠρχήσαντ' ἐλαφρῶς*, Sapph. 52, 1 *ἐμμελέως ὠρχεῦντο*, Anacr. 11, 2 *ἐμμελέως δισκεῖν*, Alcman 60 *τὸ καλῶς κιθαρίσδην*, Sapph. 21, 3 *ὂν τερπνῶς ἄειδε*, Sapph. 10, 2 *τάδε τέρπνα κάλως ἀείσω*. His duobus locis verbo *ἀείδειν* adiuncta sunt adverbia *τερπνῶς* et *καλῶς* nec vero adiectiva neutrius generis quae exspectamus; itaque nullam rem nisi accusativos *ὅν* et *τάδε τερπνά* ut adverbia in *-ως* cadentia hic admitterentur, effecisse coniciamus necesse est; cf. Corin. 1, 1 *καλὰ γεροῖ' ἀεισομένα*.

Egregium huiusmodi carminum exemplum praebent Anacreontis versus sex, in quibus poeta pullum equinum libere alloquens usurpavit duo adverbia in *-ως* exeuntia: 70,2 *νηλεῶς φεύγεις*. 70, 3 *καλῶς ἄν ἐμβάλοιμι* et duos adiectivorum accusativos neutrius generis adverbialiter positos: 70,1 *λόξον βλέπουσα*. 70, 5 *κοῦφα σκιρτῶσα παίζεις*.

Hoc in numero ponenda esse censeo etiam adverbia quae in elegiis et epigrammatis horum poetarum exstant, ubi usurpata sunt ab Anacreonte ἀδοιάστως, a Simonide ἀδίκως, ἀσκητῶς, καθαρῶς, καλῶς, ab Erinna ἐτύμως. Denique eodem spectant scolia et carmina popularia in quibus occurrunt ἀδόλως, ἐμπεδέως, ῥᾳδίως.

Ab huiusmodi carminibus quae dulcedine et gracilitate quadam ceteris antecellunt, probe distinguenda sunt poeseos choricae carmina stropharum compositione et verborum granditate insignia, quae mea quidem sententia genus vere proprieque lyricum haberi possunt. Hi poetae ut maiestati et severitati sententiarum responderent, non solum metris, sed etiam elocutioni et ornamentis orationis conformandis et novandis quam maxime studuerunt, quo factum est ut illis sententiae a vulgari cogitatione alienae et dictiones a communi usu recedentes in summis deliciis essent. Itaque omnia quae sermo cottidianus ferebat, quam maxime evitaverunt id quod in exemplum de adverbiis in -ως cadentibus valet. Tuo iure dixeris te non videre cur non illi poetae propria adverbia nova formaverint. Recte quidem; sed monendum est in forma quavis adverbiali siccitatem quandam inesse, quae aptior est orationi solutae quam generi dicendi poetico; ne apud nostrae quidem aetatis poetas adverbium „unglücklicherweise“ similiaque invenire poteris. Re vera autem poetas choricos usum adverbii reformidavisse eo mihi persuasum est quod adverbia perraro admiserunt, quod demonstratur numeris his:

Alcman usurpavit in versibus (circiter 250) qui ad nos pervenerunt nullum nisi uno loco καλῶς adverbium: fragm. 60 ἕρπει γὰρ ἄντα τῶ σιδάρω τὸ καλῶς κιθαρίσδην quem ad locum est adnotandum hoc:

1. fragmentum ex coniectura, non ex antiquorum testium auctoritate huic poetae vindicatum est;

2. praeterea mirum videri non deberet, si quidem Alcman hoc loco adverbium in -ως cadens usurpavisset; nam in hac iunctura item atque iuxta participium non poetae solum, sed omnes etiam Graecorum scriptores nulla alia nisi maioris perspicuitatis causa adiectivo praedicativo adverbium praeferebant; cf. Simon. 85, 1 τὸ καλῶς θνῄσκειν.

Stesichorus (in circiter 50 versibus) admisit tantummodo ἁβρῶς, Ibycus (circ. 40) ἐγκρατέως. Timotheus poeta dithyrambicus neque in fragmentis exiguis neque in carmine quod Πέρσαι inscribitur nuper invento, quod fere ducentos quinquaginta versus continet, ullum adverbium adhibuit. Quin etiam Bacchylides adverbiis pronominali ἄλλως excepto prorsus caret.

Huic abstinentiae Simonides repugnavisse videtur qui non minus quam novem adverbia offerat. Sed neglegenda sunt quattuor quae supra pag. 68 recensui adverbia, quia in epigrammatis ipsius vel ei adscriptis[1]) exstant. Praeterea detrahi possunt tria adverbia ἀλαθέως, ἐμμελέως, κακῶς, quia inveniuntur in carmine eo quod sententias ad philosophiam spectantes continet (cf. Plat. Protag. p. 339 C); in hoc enim genere dicendi adverbia ut evitarentur fieri non potuit id quod adverbia in dialogis Platonicis creberrime occurrentia illustrant. In ceteris Simonidis carminum choricorum fragmentis (circ. 150 vers.) duo solummodo adverbia ἀεικέως, ἀπόρως se offerunt.

Simile valet de Timocreontis carmine quo maledictis in Themistoclem coniectis longe aliae sententiae continentur atque carminibus vere choricis quae aliquid solemne prae se ferant; illic exstant ἀδίκως, γελοίως.

Denique Philoxeni quoque mentio fiat, qui in dithyrambis suis adverbia evitavit nisi quod admisit διανεκῶς, ἐπικρατέως, ἐτύμως. Sed haec adverbia inveniuntur in eis fragmentis quae ad dithyrambos ipsos pertinuisse non possunt[2]); iis enim epulae quaedam Saliares descriptae sunt.

Quibus perpensis satis elucet usum adverbii a poeseos choricae dictione alienum fuisse. Sed ut id facilius cognoscas, adverbia quae apud Pindarum offendi, separatim enotavi et computavi; 'hic enim poeta in millenis versibus septem locis quattuor adverbia, itaque multo pauciora eaque multo rarius quam poetae melici ceteri, elegiaci, iambici, Hesiodus usurpavit. Ab Homero adverbium fere aequaliter atque ab hoc poeta esse adhibitum ad eandem causam referendum non est;

1) cf. U. v. Wilamowitz, Sappho und Simonides, Berlin 1913, pag. 192 sqq.

2) cf. W. v. Christ - W. Schmid, Geschichte der griechischen Litteratur, München 1908, p. 240 (= J. v. Müllers Handbuch der klassischen Altertumswissenschaft VII, 1 [5]).

Homeri enim aetate adverbia insolita fuisse supra statuimus, Pindarus vero consulto ea vitavit quia tritiora videbantur. Quam rationem loquendi etiam in canticis choricis fabularum scaenicarum occurrere infra videbimus.

Novata esse videntur ab his poetis melicis adverbia

a stirpibus in *ο* cadentibus derivata duodecim:

Sapph. *ἁβρῶς*, *ἀρτίως*, *ἀδόλως*. Anacr. *ἀνυβρίστως*, *ἀγανῶς*, *ἀδοιάστως*. Simon. *ἀπόρως*, *ἀσκητῶς*. Timocr. *γελοίως*. Pind. *περισσῶς*, *ἐξόχως*. Corin. *ὑκτρῶς*,

a stirpibus in *ς* exeuntibus formata septem:

Alcae. *ἀφειδέως*. Sapph. *ἐμμελέως*. Ibyc. *ἐγκρατέως*. Anacr. *νηλεῶς*. Pind. *εὐτυχῶς*, *σαφῶς*. Scol. (?) *ἐμπεδέως*,

a stirpibus in *υ* et *ν* desinentibus profecta bina:

Sapph. *βροχέως*. Pind. *ὠκέως*, id. *εὐφρόνως*. Fragm. adesp. *φιλοφρόνως*,

denique adverbium a stirpe *τ* terminata ductum unum:

Pind. *πρεπόντως*.

Praecipue notandum est adverbium *σαφῶς* quod postea verbis dicendi et sentiendi adiunctum crebrius invenitur, Pindari et Aeschyli temporibus primum saepius apparuisse; nam ante horum aetatem ubique uno loco[1]) excepto ei est substitutum adverbium *σάφα* (cf. pag. 38), quod postea quoque sedulo conservabatur.

Pauca addam

2. de significatione et de copulatione adverbiorum.

Ex iis adverbiis quae novata sunt, indicant affectum *νηλεῶς*, *ὑκτρῶς*; tempus *ἐμπεδέως*, *βροχέως*; modum procedendi *ὠκέως*.

Adverbium *ἐμμελέως* illa qua *ἀπηλεγέως* et *συγκόλλως* ratione formatum est neque ortum ex adiectivo *ἐμμελής* quod posterius exstitit quam adverbium; ei genuina notio *concinenter* inest locis Sapph. 52, 1 *ἐμμελέως ὠρχεῦντο*, Anacr. 11, 2 *ἐμμελέως διςκεῖν*, quae iam oblitterata est Simon. 3, 3 *οὐδέ μοι ἐμμελέως* (i. e. *probe, apte*) *τὸ Πιττάκειον νέμεται*.

1) i. e. in Hom. hymno V 149: *σαφέως*.

Et Pindarus et reliqui poetae melici in carminibus suis choricis ut adverbiis *καλῶς* et *κακῶς* prorsus carerent, casu factum esse ego quidem causis quas dixi commotus nego. *καλῶς* occurrit solummodo in carminibus ex occasione factis (ter) et semel apud Alcmanem quo de loco supra pg. 68 disputavi; idem valet de *κακῶς* quod bis admissum est: Alcae. 39, 1 *ἀχνάσδημι κακῶς* ubi priscam notionem „in übler Weise" habet; cf. Hom. *ω* 250 *αὐχμεῖς κακῶς*. Hippon. 22, 2 *κακῶς ῥιγῶ*, praeterea Simon. 3, 8 *κακὸς δ' εἰ κακῶς* scil. *πράττει* ubi *κακῶς* idem significat quod *κακὸς ὥς*; cf. Hom. *Α* 25 *κακῶς (=κακὸς ὥς) ἀφίει*. Ceterum monendum est verbo *πράττειν* hoc loco iam non inesse vim intransitivam quae verbo *ἔχειν*.

Adverbium *ἐλαφρῶς* apud Pindarum semel obvium abiisse videtur in significationem *facile;* in comparationem vocentur velim loci hi: Anacr. 63 *ὠρχήσαντ' ἐλαφρῶς*. Pind. Pyth. II 93 *ἐλαφρῶς φέρειν*.

De *ἴσως* et *ἀληθῶς* conferas quae supra pag. 62 sq. exposui.

Eadem qua *ἀληθῶς* notione *ἐτύμως* usurpatum est Philox. 2, 26 *πάντα παρῆς ἐτύμως ἄμμιν*, Erin. 4, 3; apud Pindarum (Ol. VI 77) coniunctioni *εἰ* additum videmus, quae iunctura significat *si quidem*.

Quamquam semper dicitur *λέγειν ἀληθῆ* vel *λ. ψευδῆ*, tamen verbum *λέγειν* cum *ἐτύμως*, *ἄλλως* copulatum non raro invenimus; e. g. Xenophan. 7, 4 *λέγειν ἐτύμως (= ἀληθῆ)*. Bacchyl. 29 *εἰ δὲ λέγει τις ἄλλως (= ψευδῆ), πλατεῖα κέλευθος*. Addo Aeschyl. Sept. 490 *οὐκ ἄλλως (= ἀληθῆ) ἐρῶ*. Euripid. Hec. 312 *οὐκ ἄλλως λέγω*, cf. Hel. 1106; Or. 709; El. 226, 1035; Phoen. 359. Unde factum sit ut adverbia *ἀληθῶς* et *ψευδῶς* verbo *λέγειν* fere nusquam adiungerentur, explicari potest hoc modo: Locutiones *λέγειν ἀληθῆ* et *λ. ψευδῆ* quae vel antiquissimis temporibus exstitisse consentaneum est, tritiores factae erant quam ut scriptores illa adverbia a stirpibus in *ς* exeuntibus derivata, quae multo postea orta sunt, loco formarum neutrius generis ponere auderent; sed cum adverbiis *ἐτύμως*, *ἄλλως* sim. quae prius quam illa formata sunt, verbum *λέγειν* coniungere non veriti sunt.

Adverbia cum verbis veniendi conexa occurrunt locis hisce: Anacr. 63 *ὠρχήσαντ' ἐλαφρῶς*. Anacr. 70, 2 *νηλεῶς φεύγεις*. Sapph. 1, 21 *ταχέως διώξει*. Pind. Pyth. IV 126 *ἶκεν ταχέως*. Frgm. mel. adesp. 59 *ἴθι φιλοφρόνως*.

Adverbium adiectivo additum esse suspicari potes Simon. 3, 1 *ἄνδρ' ἀγαθὸν μὲν ἀλαθέως* (i. e. Germanice „wirklich gut") *γενέσθαι χαλεπόν*, sed ego quidem putaverim *ἀλαθέως* referendum esse ad *ἄνδρ' ἀγαθὸν γενέσθαι*, cui structurae brevi post opposita est *ἐσθλὸν ἔμμεναι*.

Ne cum participio quidem adverbia nisi perraro iunguntur:

ἀδίκως τοὺς μὲν κατάγων Timocr. 1, 9
[*ἀσ*]*πασίως δεξιᾶς ἐ*[*φαψάμ*]*ενος* Corin. 2, 87 (Suppl. lyr.)
ἀφειδέως τίθεις ἐν κέρναις Alcae. 16, 4
καθαρῶς χέων Simon. 146, 8
προφρόνως ἄγων Pind. Pyth. X 66
ὠκέως ζωσαμένα Pind. nov. frgm. 11, 6 (Suppl. lyr.).

Poetae tragici.

Primum nos convertamus ad

Aeschylum.

Adverbia inveni haec:

1. in dialogo:

**ἀδειμάντως*: Ch. 771.
**ἀέλπτως*: Pers. 261.
†*αἰανῶς*: Eum. 672.
**αἰνικτηρίως*: Prom. 833, 949.
αἰσχρῶς: Pers. 444 (libri nonnulli: *οἰκτρῶς*); Ch. 494 (*αἰ. βουλευτοῖσιν*); Eum. 98.
**ἀκόσμως*: Pers. 374; [Pers. 422 libri: *ἀκόσμως*; Casaubon. coll. v. 470: *ἀκόσμῳ*].
†*ἀκριβῶς*: Prom. 328.
†*ἀληθῶς*: Suppl. 314 (*ἀ. ἐπώνυμος*).
ἄλλως: Pr. 636; Spt. 490; Pers. 689; Suppl. 768 (M: *ἀλλ' ὥστε*; Victorius: *ἄλλως τε*); Ag. 501 (Weil: *ἄλλα?*), 1317; Ch. 680; Eum. 473, 726.

*ἀμέμπτως: Suppl. 269 (M: μεμπτῶς; Turnebus: ἀμέμπτως) *(ἀ. πράξας).*

*ἀμηνίτως: Ag. 1036.

*ἀμηχάνως: Eum. 481 (Dindorf: ἀμ. τ' ἔχει; Weil coniec. coll. schol.: ἀμηνίτως ἐμοί).

*ἀμφιδεξίως: fragm. 266, 2.

*ἀμφιλέκτως: Spt. 809 *(οὐδ' ἀ. κατεσποδημένω).*

*ἀναγκαίως: Ch. 239.

ἁπλῶς: Suppl. 464 (M: ἀλλὰ πῶς; Abresch: *ἀλλ' ἁπλῶς);* Ch. 121 *(ἁ. φράζουσα).*

[ἀσήμως: Pr. 662 M: ἀσήμους; codd. rec.: ἀσήμως].

*ἀσμένως: Pr. 728 (Herwerden: ἄσμεναι).

ἀσφαλῶς: Pr. 61.

*ἀτίμως: Pr. 195, 919; Spt. 1021 *(ἀ. ταφέντα);* Ch. 96 *(ἀ. ἐκχέασα).*

*ἀτρέστως: Suppl. 240 (M: ἀκρέστως; Sophianus: ἀτρέστως).

*αὐτοκτόνως: Ag. 1635.

⧺ἀφρασμόνως: Pers. 417; Ag. 290 *(ἀ. νικώμενος).*

*βαρυστόνως: Eum. 794.

*βεβαίως: Ag. 15.

βιαίως: Ch. 549.

*γενναίως: Ag. 1198 *(γ. παγέν).*

διανεκῶς: Ag. 319 (libri: διηνεκῶς; Blomfield: διανεκῶς).

δικαίως: Ag. 913, 1396; Eum. 291, 468, 612, 888 891 *(δ. τιμωμένη),* 1025; inc. fab. fragm. 353, 1.

*διχορρόπως: Suppl. 605, 982; Ag. 349. 815, 1272 *(οὐ δ. μάτην).*

*διχῶς: Ch. 915 (Heath: αἰσχρῶς).

*δυσεκλύτως: Prom. 60.

*δυσκρίτως: Prom. 662 *(δ. εἰρημένους).*

†δυσπετῶς: Prom. 752 (M: ἧδυ πετῶς).

*δυσπότμως: Pers. 272 *(δ. ἐφθαρμένων).*

†δυστυχῶς: Ag. 1660 *(δ. πεπληγμένοι).*

ἐκδίκως: Prom. 976.

ἐμφανῶς: Spt. 246; Ag. 626 *(ἐ. ἀναχθείς);* Eum. 223 *(ἐ. πράσσουσαν).*

*ἐναισίμως: Ag. 916.

*ἐναντίως: Eum. 642.

*ἐνδίκως: Prom. 63; Spt. 405 *(ἐ. ἐπώνυμον)*; Ch. 988; Eum. 221, 700 *(ἐ. ταρβοῦντες)*.
*ἐτητύμως: Ag. 1296; Eum. 488.
*εὐβούλως: Ch. 696 (Porson: -βόλως) *(εὐ. ἔχων)*.
*εὐηλίως: Eum. 906 *(εὐ. πνέοντα)*.
*εὐθύμως[1]): Ag. 1592.
εὐκλεῶς: Pers. 328; Ag. 1304.
*εὐλόγως: Spt. 508; Suppl. 252 *(εὐ. ἐπώνυμον)*; fragm. 6, 3.
εὐμαρῶς: inc. fab. fragm. 366.
†εὐμενῶς: Ag. 952.
*εὐόρκως: Ch. 979.
†εὐπετῶς: Ag. 552; Ch. 1047 *(εὐ. τεμών)*.
†εὐπρεπῶς: Ag. 616.
*εὐτάκτως: Pers. 399.
εὐτόλμως: Ag. 1298.
εὐτυχῶς: Pers. 325 (Weil: fortasse εὐθέτως).
*εὐφήμως: Eum. 287.
εὐφρόνως: Pers. 837; Ag. 351 (Weil: fortasse ἐμφρόνως).
[ἡσσόνως: fragm. 179, 1; *A*: ἥσσον; VL: ἥσσονας; Nauck: ἡσσόνως].
*ἡσύχως[1]): Suppl. 724 *(ἡ. δρώσας)*.
θοῶς: Pers. 398.
*θρασυσπλάγχνως: Pr. 730 *(θρ. λιποῦσαν)*.
ἴσως: Pr. 317; Suppl. 727; Ag. 1049.
*καιρίως: Ag. 1344 *(κ. οὐτασμένος)*, 1372 *(κ. εἰρημένων)*.
κακῶς: Pr. 264 *(τὸν κ. πράσσοντα)*, 751, 759; Spt. 223 *(κ. καλοῦσα)*, 1049 *(κ. παθών)*; Pers. 213 *(κ. πράξας)*, 454 *(κ. ἱστορῶν)*, 813 *(κ. δράσαντες)*; Ag. 927; Ch. 296 *(κ. ταριχευθέντα)*; Eum 413, 850; inc. fab. frgm. 317, 2 *(τὸν κ. πράσσοντα)*; 401, 3 *(κ. πάσχοντα)*.
καλῶς: Spt. 799; Pers. 725; Suppl. 411, 718 *(κ. κλύουσα)*, 752; Ag. 846 *(τὸ κ. ἔχον)*, 1044 (καλῶς ex schol. add. Canter et Heath), 1673; Ch. 213, 579, 739, 903; Eum. 455, 458, 831; inc. fab. frgm. 310, 1 *(κ. ἠφευμένος)*; 317, 1 *(κ. εὐδαίμονα)*; frgm. dub. 453.

---

1) Iam in Homeri Batrach. 143 inveni εὐθύμως, in hymno III 438 ἡσυχίως.

*κούφως: Pr. 701; Eum. 112.
*κρυφαίως: Pers. 370 *(κ. εὑρόντες)*.
λάβρως: Pr. 1022.
*λαμπρῶς: Pr. 833.
νηλεῶς: Pr. 240 (libri: *ἀλλ' ἀνηλεῶς;* Elmsley corr. *ἀλλὰ νηλεῶς*); Ch. 242 *(ν. τυθείσης)*.
οἰκτρῶς: Pers. 688.
ὁμοίως: Pers. 214; Ch. 709 *(ὁ. ἀγγελῶν)*, 918; Eum. 278.
*ὀρθῶς: Pr. 1000; Spt. 405 *(ὀ. ἐπώνυμον);* Ch. 526; Eum. 584, 657, 748.
παγκάκως: Spt. 552; Ch. 740.
*παγκρότως: Suppl. 723.
*πανδίκως: Spt. 670 *(π. ψευδώνυμος);* Ch. 241, 681 *(π. μεμνημένος);* Eum. 804.
†παντελῶς: Prom. 440, 911.
πάντως: Prom. 16, 333, 636, 943 *(π. καινόν);* Pers. 689; Eum. 726.
*πικρῶς: Prom. 195, 944 *(π. ὑπέρπικρον);* Suppl. 984.
†πρευμενῶς: Pers. 220, 224; Ag. 950; Eum. 236.
*προθύμως: Ag. 1591 (secludebat Schütz).
ῥᾳδίως: fragm. 199, 9.
σαφηνῶς: Prom. 781.
σαφῶς: Prom. 387 (spurium habet Herwerden), 664 *(σ. ἐπισκήπτουσα)*, 817, 840, 914, 967; Pers. 519, 784; Ag. 1636; Ch. 20, 917, 1054.
*σεμνῶς: Suppl. 193 (M: *σεμνός*) *(σ. ἔχουσαι);* [fragm. 6, 2 libri: *σεμνοὺς;* Herwerden: *σεμνῶς*].
*σκεθρῶς: Pr. 102, 488.
συγκόλλως: Suppl. 310 (schol. expl.: *συνφώνως*); Ch. 542 (M: *συσκόλλως;* Victorius corr. *συγκ-*) (schol.: *συνημμένως τῇ ἀληθείᾳ*).
*συνδίκως: Ag. 1601 (Karsten: *σύνδικον*) *(σ. τιθείς)*.
*συνδρόμως: Ag. 1184.
*συντόμως: Ag. 629; Eum. 415, 585.
++σωφρόνως: Spt. 645 *(σ. ἡγουμένη);* Eum. 44 *(σ. ἐστεμμένον)*.
++τλημόνως: Ch. 748.

*τορῶς: Pr. 609, 699, 870; Pers. 479; Suppl. 196 *(τ. λέγουσαι)*, 931, 944 (M: τορῶ; Turnebus corr. τορῶς); Ag. 26, 269, 632, 1584; Ch. 741.
†τρανῶς: Ag. 1371; Eum. 45.
*ὑπερδίκως: Ag. 1396.
*ὑπερθύμως: Eum. 824.
*ὑπερκόπως: Ch. 136.
*φαύλως: Pers. 520.
*φιλοστόνως: Spt. 279.
φίλως: Ag. 1581 *(φ. κείμενον)*, 1591 (secludebat Schütz).
*ψευδωνύμως: Pr. 85.

Adverbia a participiis derivata:

‡ἀρκούντως: Ch. 892.
‡εἰκότως: Ag. 915 (schol.: προσηκόντως).
*ἐρρωμένως: Prom. 65, 76.
πρεπόντως: Ag. 1395 (Weil: πρέπον πως).
*σεσωφρονισμένως: Suppl. 724 (σ. ὁρώσας).
‡φρονούντως: Suppl. 204.

Adverbia a comparativis et superlativis formata:

[μασσόνως: Prom. 629; libri: μᾶσσον ὡς ἐμοί; Elmsleius coni.: μασσόνως ἢ 'μοι]; de ἡσσόνως vide supra pg. 74.

2. in canticis:

*ἀθέτως: Pr. 150 (libri: ἀθέσμως; Bentl. ex Hesych.: ἀθέτως).
αἰνῶς: Pers. 930 bis.
(†)ἀληθῶς: Suppl. 585.
(*)ἀμηχάνως: Ch. 408 *(ἀ. ἔχοντα)*.
*ἀμφιλόγως: Pers. 904 *(οὐκ ἀ. θεότρεπτα)*.
*ἀπροβούλως: Ch. 620 *(ἀ. πνέοντα)*.
(*)ἀτίμως: Spt. 325 *(ἀ. περθομέναν)*; Ch. 434.
(*)αὐτοκτόνως: Spt. 734 (M: -κτόνωσιν; Triclin.: -κτόνως) *(αὐ. αὐτοδάϊκτοι)*.
*αὐτοφόνως: Suppl. 65.
βιαίως: Ag. 182 *(β. ἡμένων)*; Eum. 555.
δικαίως: Ag. 376 *(δ. πνεόντων)*; Eum. 154.
*δυσμόρως: Spt. 837 (M: δυσφόρως; schol. M et vulg.: δυσμόρως) *(δ. θανόντας)*.

*δυσπαλάμως: Suppl. 867 (Heimsoeth coll. schol.: σὺν παλάμαις).
+δυσφρόνως: Pers. 552 (Dindorf: δυσφόρως).
*ἐκφάτως: Ag. 706 *(ἐ. τίοντας)*.
ἐμπέδως: Ag. 975 *(ἐ. προστατήριον)*; Eum. 335.
ἐναργῶς: Spt. 139.
(*)ἐνδίκως: Ch. 462, 638, 812.
*ἐννόμως: Ag. 1473 (Triclinius: ἐκνόμως).
*ἐπικότως: Prom. 162 *(ἐ. θέμενος)*.
(*)ἐτητύμως: Suppl. 736 *(ἐ. περίφοβον)*; Ag. 167, 682; Ch. 948 (M: ἐτήτυμος; Scaliger: -τύμως).
ἐτύμως: Spt. 919 *(ἐ. ἐκ φρενός)*; Suppl. 80 (M: ἑτοίμως; Arnaldus: ἐτύμως) *(ἐ. στυγοῦντες)*; Eum. 534.
(*)εὐλόγως: Suppl. 48, 591.
(†)εὐπετῶς: Pers. 96 (M: εὐπετέος; Emperius: εὐπετῶς) *(εὐ. ἀνάσσων)*.
εὐτυχῶς: Pers. 1012 *(εὐ. κύρσαντες)*.
*θεμιστῶς: Ch. 644 *(θ. παρεκβάντες)*.
ἴσως: Spt. 707.
καλῶς: Suppl. 123 *(κ. πελομένων)*; Ag. 446 *(κ. πεσόντα)*; Ch. 355 *(τοῖς κ. θανοῦσιν)*, 417 (Weil: fortasse πρὸς τὸ φανούμενον κ.), 806 *(κ. κτάμενον)*, 950 *(κ. τυχόντες)*.
*κυρίως: Ag. 178; [Ch. 785 corruptus].
μεγάλως: Pers. 906 *(μ. δμαθέντες)*.
ὁμοίως: Ch. 320, 337; Eum. 523.
παγκάκως: Pers. 282.
†παναληθῶς: Suppl. 85 (corruptus).
(*)πανδίκως: Spt. 171 (M ante corr.: πανδίκους); Suppl. 418.
πάντως: Spt. 116.
*περιθύμως: Ch. 40.
†περιοργῶς: Ag. 216.
(†)πρευμενῶς: Eum. 923 *(π. θεσπίσασα)*.
προφρόνως: Ag. 174 *(π. κλάζων)*.
(*)τορῶς: Prom. 604.
*ὑπερκότως: Ag. 468 (Grotius, Hermann: -κόπως).
*φαιδρωπῶς: Ag. 725 (libri: φαιδρωπὸς; Weil: -δρωπῶς) *(φ. σαίνοντα)*.
φίλως: Ag. 246.

Adverbia a participiis formata:

(‡)*εἰκότως*: Suppl. 403 *(εἰ. νέμων)*.
πρεπόντως: Ag. 688 *(π. ἑλέναυς, ἕλανδρος, ἑλέπτολις)*.

3. in anapaesticis partibus:

**ἀγρίως*: Pr. 155 (M: *ἀγρίοις*) *(ἀ. πελάσας)*; Eum. 972 *(ἀ. ἀπανηναμένας)*.
ἀδίκως: Ag. 1546.
**ἀκαίρως*: Ag. 808 *(ἀ. οἰκουροῦντα)*.
ἄλλως: Spt. 1071.
**ἀμφιβόλως*: Spt. 863.
**ἀπομούσως*: Ag. 801 (Elmsley: *ἀπόμουσος*).
ἀσπασίως: Ag. 1555 *(ἀ. ἀντιάσασα)*.
**ἀφίλως*: Ag. 805 *(οὐδ' ἀ. εὔφρων)*.
δικαίως: Ag. 808 *(δ. οἰκουροῦντα)*.
**δοκίμως*: Pers. 547 *(δ. οἰχομένων)*.
θοῶς: Pr. 1060.
κακῶς: Pr. 1041.
**λαθραίως*: Pr. 1077.
ὁμοίως: Ag. 67 *(ὁ. θήσων)*.
(*)*ὀρθῶς*: Spt. 829 *(ὀ. κατ' ἐπωνυμίαν)*, 873.
πάντως: Pr. 1053; Eum. 995 (M: *πάντες*; Bothe: *πάντως*) *(π. διάγοντες)*.
προφρόνως: Suppl. 1; Ch. 478; Eum. 927, 968 *(π. ἐπικραινομένων)*.
ταχέως: fragm. 91, 2.
**τελέως*: Eum. 320, 953.
**φανερῶς*: Prom. 1090; [Eum. 953 M: *φανερῶς*; Casaubon.: *-νερῶν*].
‡‡*ὠμοφρόνως*: Pers. 911.

Hanc divisionem adverbiorum apud tragicos poetas occurrentium adhibui tripartitam, quo melius eluceat quam nihil sibi constiterint poetae in admittendis adverbiis pro uniuscuiusque fabulae partibus. Ut exemplum ponam, docet tabella pag. 17 constituta in diverbiis Aeschylum adverbia altero tanto crebrius admisisse quam in chori canticis. Quin etiam poetam in iis

canticis quae stasima vocantur, rarius quam in reliquis usurpavisse adverbia eorumque usum certis quibusdam condicionibus subiectum esse infra videbimus.

Ac primum quidem disputabo

1. de adverbiorum Aeschyleorum frequentia.

Continent versus diverbiorum milleni adverbia fere quinque et viginti eaque quinquaginta locis, quantos ante Aeschylum nemo poeta assecutus est numeros. Cuius rei causae exstant variae. Primum quidem nobis concedendum est adverbia eaque imprimis a stirpibus in *ο* et *ς* cadentibus derivata Aeschyli temporibus iam fuisse usitatissima; in solo poetae arbitrio positum erat adverbia alia admittere alia vitare prout postulabat genus poeticum. In dialogis maxime eo devenit poeta, ut adverbiis accuratius definiret varias dicendi sentiendique notiones. Ex stirpium in *ο* exeuntium similitudine adverbia a stirpibus in *τ, ν, υ* cadentibus longo demum tempore interposito formata esse videntur; etenim Aeschylus eiusmodi pauca habet neque omnino nisi uno loco (fragm. 91, 2: *ταχέως*) utitur adverbiis stirpium in *υ* desinentium id quod haud scio an ideo fecerit poeta, quia haec adverbia plerumque anapaestica versus iambici structurae maxime repugnabant; dico *ταχέως, βαρέως, λιγέως, βραδέως, βραχέως, γλυκέως* similiaque anapaestum continentia. Sed etiam in mentem revocemus necesse est quam multa vocabula de suo ingenio audacissime poeta formaverit[1]), cuius rei testimonio sunt adverbia quoque ipsa a poeta adhibita. Primum apud Aeschylum scripta videmus centum et duo adverbia quae in illa enumeratione facile invenire potes; haec enim adverbia novata supra signis quae sunt * (= stirpes in *ο* cadentes), † (in *ς*), ‡ (in *τ*), ⧺ (in *ν*), ⟶ (in *υ*) notavi, qua de causa hoc loco ea denuo enumerare supersedeo; adverbia in canticis et anapaesticis metris (*), (†) ceterisque significata iam in dialogi vel cantici enumeratione exstiterant. Qua ex re cum conicere non liceat omnia illa adverbia de suo formasse Aeschylum, nihil colligendum est

1) cf. G. A. B. Todt, De Aeschylo vocabulorum inventore commentatio, progr. Halle 1855.

nisi hoc unum: Aeschylum non pauca adhibuisse primum. Quamquam tenendum est hunc poetam liberius quam ceteros audacissimeque vocabula nova fingendi iure usum esse, quo factum est ut multa adverbia quae novavit, non nisi apud eum neque post eum usquam inveniantur. Dico adverbia composita ut *ἀδειμάντως*, *ἀμηνίτως*, *ἀτρέστως*, *αὐτοκτόνως*, *βαρυστόνως*, *δυσεκλύτως*, *δυσκρίτως*, *εὐβούλως*, *εὐόρκως*, *θρασυσπλάγχνως*, *ὑπερκόπως*, *φιλοστόνως*, *ψευδωνύμως*; *ἀθέτως*, *ἀπροβούλως*, *ἀπομούσως*, *ὠμοφρόνως*. Summis in deliciis habuit adverbia duplicem negationem continentia; *certe* expressit hunc in modum quadruplicem: *οὐκ ἀμφιβόλως*, *οὐκ ἀμφιλέκτως*, *οὐκ ἀμφιλόγως*, *οὐ διχορρόπως*; haec adverbia octo quibus occurrunt locis non nisi cum *οὐ* vel *μή* coniuncta sunt. *ἀμφιδεξίως* simillimae significationis adverbium semel inveni in fragm. 266, 2 carens negatione apposita. Audacissime autem formasse et copulasse iudico poetam adverbia locis his obvia:

Ag. 1184 *μαρτυρεῖτε συνδρόμως* (i. e. fere „übereinstimmend“),
Eum. 906 *πνέοντα εὐηλίως* (= „sonnig wehend“! fere „bei Sonnenschein“),
Suppl. 723 *ἐρέσσεται παγκρότως* (= „mit großem Geräusch“),
Ag. 706 *τίοντας ἐκφάτως* (= „ausdrücklich“)[1]).

Sublime dicendi genus poetae proprium si respicimus, optime explicare possumus, quonam factum sit, ut poeta adverbia posteriore quidem aetate usitatissima et quae iam Sophocles atque Euripides maiore orationis simplicitate usi saepius admiserunt, evitaret quantum fieri potuit; nam adhibuit numquam *ἀθλίως*, *ἀξίως*, *ἡδέως*, *σοφῶς*, *ψευδῶς*, semel *ἀδίκως*, *ἀναγκαίως*, *ἀσφαλῶς*, *δεινῶς*, *ῥᾳδίως*, *οἰκτρῶς*, bis *ἀληθῶς*, *εὐτυχῶς*, ter *αἰσχρῶς*, *ἐμφανῶς*; etiam *καλῶς*, *κακῶς*, *ὀρθῶς*, *σαφῶς* aliquanto rarius apud Aeschylum occurrunt quam apud Sophoclem atque Euripidem.

Septem Aeschyli tragoedias si in eum redigas ordinem quo compositae sint a poeta, atque uniuscuiusque fabulae adverbiorum numerum computes, hoc fere invenias:

---

1) Ceterum adiectiva a stirpibus *παγκρότως*, *ἐκφάτως* adverbiorum formata numquam exstiterunt.

fabula:	composita s. data anno:	continet in versibus:	adverbia:	eaque in dialogo:	eaque in reliquis partibus:
Supplices	circa 475	1074	33	22	11
Persae	472	1076	34	25	9
Septem	467	1078	27	15	12
Prometheus	475—462 (?)	1093	55	46	9
Agamemnon	458	millenis quinquagenis	44	omnino: 47	22
Choephorae	458	1076	48	32	16
Eumenides	458	1047	50	37	13

Temporum successu magis magisque auctum esse adverbiorum usum nullo pacto possumus negare, quamquam hic excipiendae sunt Septem et Prometheus tragoediae. Exigui adverbiorum in Septem numeri explicationem equidem puto repetendam esse ex eo quod saepius ibi quam in ceteris fabulis narrationes exstant; nam nuntii vel alii actores fusius de aliqua re referentes non tot adverbiis indigebant quot homines in dialogo verba facientes; conferas adverbia apud Thucydidem non ita multa. In Prometheo tam saepe adverbia inveniri maxime mirandum est; cuius rei causam ut indagemus, difficillima oritur quaestio de qua minime constat inter viros doctos, utrum illius tragoediae pristina forma post poetae mortem (sub quintum fere saeculum exiens) immutata sit necne. Compares Christ-Schmidt, l. l. p. 282 not. 2, ubi libri ad hanc rem pertinentes allati sunt; Christius ipse statuit ita: Die Sprache (nec non et aliae causae ab eo prolatae de quibus disserere non est huius loci) erregt berechtigte Zweifel an der Echtheit und Einheitlichkeit der Form. Quae Christii verba primo quidem obtutu optime respondent adverbiorum usui quem observavi: nam praeter magnum numerum id quoque dignum videtur memoratu nonnulla adverbia quae apud Sophoclem atque Euripidem creberrime exstant, in Prometheo saepius locum habere quam in reliquis Aeschyli tragoediis; velut πάντως occurrit in Prom. quinquies, in reliquis fabulis quater; σαφῶς in Prom. sexies aliisque tragoediis non crebrius; κακῶς in Prom. quater, alicubi apud Aeschylum novies.

Attamen tenendum est ad suum ipsius arbitrium hunc poetam, qui erat homo singulari ingenio nativo praeditus, uti potuisse adverbiis neque semper secutum esse illorum temporum rationem dicendi. Et si quis viginti unum adverbia haec: *αἰνικτηρίως, ἀκριβῶς, ἀσμένως, ἀσφαλῶς, δυσεκλύτως, δυσκρίτως, δυσπετῶς, ἐκδίκως, ἐρρωμένως, θρασυσπλάγχνως, λάβρως, λαθραίως, λαμπρῶς, παντελῶς, σαφηνῶς, σκεθρῶς, φανερῶς, ψευδωνύμως; ἀθέτως, ἐπικότως* afferat, ut quae in Prometheo tantummodo obvia non concinant cum eo qui in reliquis poetae tragoediis exstat usu adverbiorum, ei opponendum est ex reliquis quoque tragoediis omnibus erui posse adverbia a poeta alias evitata; ut in Agamemnone viginti quattuor haec: *ἀμηνίτως, γενναίως, διανεκῶς, δυστυχῶς, ἐναισίμως, εὐθύμως, εὐπρεπῶς, εὐτόλμως, καιρίως, προθύμως, συνδίκως, συνδρόμως, ὑπερδίκως, φίλως; ἀδίκως, ἀκαίρως, ἀπομούσως, ἀσπασίως, ἀφίλως, ἐκφάτως, ἐννόμως, περιοργῶς, πρεπόντως, φαιδρωπῶς.* Quae cum ita sint, usus adverbii in Prometheo obvius nequaquam nos adiuvat ad difficultatem illam supra commemoratam tollendam.

Transeo ad anapaestica Aeschyli metra. In septingentis sex versibus poetam adhibuisse illa tabella docet viginti adverbia eaque duodetricies. Itaque evitasse eum in parodo, exodo, aliis anapaesticis partibus adverbia vix quisquam affirmet; immo vero diversa adverbia pro versuum numero plura posita sunt quam in diverbiis, quamquam haec adverbia eadem rarius quam illic recurrunt. In anapaesticis partibus adverbia anapaestum continentia aliis anteposita esse paene consentaneum est; in his numeranda sunt *ἀγρίως, ἀδίκως, ἀμφιβόλως, ἀπομούσως, ἀσπασίως* (sed *ἀσμένως* occurrit in dialogo), *ἀφίλως, δοκίμως, προφρόνως, τελέως, φανερῶς, ὠμοφρόνως.* Nihilo minus in illis septingentis sex tragoediarum quae ad nos pervenerunt versibus ne unum quidem inveni adverbium stirpium in *υ* exeuntium id quod supra pg. 79 tetigi.

Poetam in his partibus alia adverbia atque in diverbiis consulto adhibuisse quis est qui existimet? Nam ab adverbiis quae dixi metri necessitate coactus in dialogo prorsus quidem abstinuit, sed alia in anapaesticis metris obvia, quae sunt aptiora versui iambico, ne ibi quidem devitavit; enotavi haec: *ἄλλως,*

δικαίως, θοῶς, κακῶς, ὁμοίως, ὀρθῶς, πάντως. Eiusmodi adverbia tantummodo haec quae sunt *ἀκαίρως* et *λαθραίως* in anapaesticis partibus neque in diverbiis adhibita sunt.

Denique pervenimus ad chori cantica. Poetas choricos sublimitati sermonis carminum convenienter adverbia quam maxime sprevisse supra pag. 68 sqq. statuimus. Idem valet de his canticis scaenicis quibus easdem sententias eandemque elocutionem inesse nemo negabit. Nam hic quoque observari potest poetam adverbium *κακῶς* tritissimum omnino non itemque *καλῶς* nusquam nisi participio (quinquies) et infinitivo (semel) appositum admisisse. Quod ita se habere etiam magis tibi persuadetur, ubi primum inspecta illa tabella comperisti adverbiorum numerum in his partibus dimidio minorem occurrere quam in dialogis. Praeterea si usum adverbiorum in canticis obvium quam rarus sit animadverterimus, respicienda sunt etiam haec: canticorum sexaginta quattuor locis quos in illa tabella computatos videmus, undeviginti loci continentur qui *ἐν τοῖς κομμοῖς* et *ἐν τοῖς ἀπὸ τῆς σκηνῆς* quae partes vocantur exstant. Hi enim versus alterni epirrhematibus intercedentibus dispositi sunt ita, ut choreutae nihil facilius facerent quam inter se vel cum histrione instituere sermonem, quem usui adverbii maxime favere pro certo habemus. Quam ob rem illis undeviginti locis detractis adverbium in veris canticis sive stasimis quae dicuntur nonnisi 45^iens^ admissum est. Sed his quoque locis poeta non nisi studio perspicuitatis qua haec carmina per se non raro carent commotus adiunxit adverbium 18^iens^ participio, 8^iens^ infinitivo, quater adiectivo, unde efficitur adverbium in Aeschyli tragoediarum stasimis non saepius quam 15^iens^ cum verbo finito conexum esse.

Restat ut inquiramus, quatenus adverbia in canticis occurrentia in diverbiis evitata eaque novata sint. Conici enim potest in canticis alia adverbia usurpata esse atque in dialogo. Sed hac in re fallimur nisi quod ab illarum partium sermone adverbia tritissima velut *κακῶς, καλῶς* sim. abhorrebant; in aliis vero sane adverbiis adhibendis notabile discrimen erui nequit. Nam id quod ex numero adverbiorum quadraginta quattuor in canticis obviorum non minus quam viginti tria in dialogo desunt, mirari non debemus apud hunc poetam, ut qui nequaquam a se dis-

cesserit, cum in una tantummodo tragoedia neque in ulla alia adverbiis quibusdam non paucis uteretur; conferas supra pag. 82. Accedit quod ex illis multa sunt adverbia quae versui iambico inseri non potuerunt; dico μεγάλως, προφρόνως, ἀθέτως, ἀμφιλόγως, ἀπροβούλως, αὐτοφόνως (sed αὐτοκτόνως occurrit in dialogo), δυσπαλάμως, ἐπικότως, κυρίως, περιθύμως, περιοργῶς.

Praeterea quod attinet ad frequentiam illorum adverbiorum quae in canticis eorumque quae in diverbiis novata sunt, statui potest rationem adverbiorum ab Aeschylo primum adhibitorum eorumque quae ante eum exstiterunt, fere eandem intercedere; nam invenimus illic rationem 45:29, hic 102:74 vel, ut aliis verbis utar, hic poeta et in dialogo et in canticis tres circiter partes adverbiorum quotquot apud eum exstant novavisse videtur vel in sermonem poeticum induxit. Ex anapaesticis partibus erui potest ratio 20:11. Quibus enucleatis liceat paucis quae dixi comprehendere: Aeschylus adverbia in -ως cadentia in uniuscuiusque tragoediae singulis partibus fere aequaliter adhibuit, praeterquam quod in chori canticis multo pauciora quam in diverbiis admisit.

2. De significatione adverbiorum.

Cum definitione tragoediae quam Aristoteles poet. c. 6 proposuit, conveniens Aeschylus usurpavit permulta adverbia affectum quendam indicantia quae animos spectantium excitare poterant; enotavi ἀγρίως, ἀδειμάντως, ἀμηνίτως, ἀσμένως, ἀσπασίως, ἀτρέστως, ἀφίλως, βαρυστόνως, εὐμενῶς, ἡσύχως, εὐ-, περι-, προθύμως, νηλεῶς, ἐπι-, ὑπερκότως, οἰκτρῶς, περιοργῶς, πικρῶς, πρευμενῶς, φιλοστόνως, φίλως, δυσ-, εὐ-, προ-, ὠμοφρόνως. Sed rariora temporalia et modum procedendi continentia: αἰανῶς, ἀκαίρως, διανεκῶς, ἐμπέδως, καιρίως; θοῶς, ταχέως. Quae adverbia perraro admissa esse nemo infitiari potest; προφρόνως enim occurrit quinquies; πικρῶς, φίλως ternis locis; νηλεῶς, ἀγρίως, εὐφρόνως, ἐμπέδως, καιρίως, θοῶς binis; cetera omnia quae sunt viginti quinque, adeo singulis solummodo locis. Hic usus qui nobis admirationi est explicari potest primum quidem eo quod poeta cupiditate varietatis adductus adverbia quam plurima usurpavit vel si res ferebat formavit, ut eandem signi-

ficationem variis modis exprimeret, cuius rei exempla offeram haec: *ἐπι-* et *ὑπερκότως*, *περι-* et *ὑπερθύμως*, *περιοργῶς* significant „sehr zornig“; *εὐμενῶς*, *πρευμενῶς*, *εὐ-* et *προφρόνως* = „geneigt“; *ἀδειμάντως*, *ἀτρέστως* = „furchtlos“; *ἀσμένως*, *ἀσπασίως*, *προθύμως* = „gern“; *αἰανῶς*, *διανεκῶς*, *ἐμπέδως* = „immerwährend“; *θοῶς*, *ταχέως* = „schnell“; idem valet de aliis adverbiis; e. g. *ἀκριβῶς*, *τορῶς*, *τρανῶς*, *σκεθρῶς*, *σαφηνῶς*, *σαφῶς* = „genau“, „deutlich“; *ἀληθῶς*, *ἐτητύμως*, *ἐτύμως*, *οὐκ ἀμφιλέκτως*, *οὐκ ἀμφιβόλως*, *οὐκ ἀμφιλόγως*, *οὐ διχορρόπως* = „wirklich“, „sicher“; *σωφρόνως*, *σεσωφρονισμένως*, *φρονούντως* = „verständig“; *εὐμαρῶς*, *εὐπετῶς*, *κούφως*, *ῥαδίως* = „leicht“; *αὐτοκτόνως*, *αὐτοφόνως* = „selbst(tötend)“.

Praeterea facile demonstrari potest et Aeschylum et alios poetas tragicos huiusmodi adverbia evitasse eisque praecipue adiectiva praedicativa substituisse. Qua de re explanatius disputare hoc loco nihil attinet; sed satis habeo attulisse unum exemplum hoc: loco adverbiorum *θοῶς*, *ταχέως* quae tribus tantummodo locis occurrunt, poeta posuit et substantivum *τάχος* et adiectiva *θοός*, *ταχύς*, *ὠκύς*, *ὠκύπτερος* sim. et adverbia *ταχύ*, *τάχα* et participia verborum *ταχύνειν*, *σπεύδειν* sim. et formulas *ἐν* sive *σὺν τάχει*, *βραχεῖ χρόνῳ* sim.

Adverbium *ἄλλως* apud Aeschylum primum occurrit adpositum verbis *τε (καί)* vel *τε πάντως (καί)*, quae iunctura addita est substantivo: Prom. 636 *ἄλλως τε πάντως καὶ κασιγνήταις πατρός*, participio: Suppl. 768 *ἄλλως τε μολόντες*, cf. Eum. 473; etiam inducit sententias secundarias: Pers. 689 *ἄλλως τε πάντως χοἱ θεοὶ ἀμείνους εἰσίν*, Eum. 726 *ἄλλως τε πάντως χὤτε δεόμενος τύχοι*, conferas structuram latinam *cum — tum*.

Vox *ὁμοίως* habet ubique eandem quam semel iam apud Solonem notionem *pariter*, nusquam *similiter*: Ch. 709 *ἄλλος δ' ὁμοίως ἦλθεν ἂν τάδ' ἀγγελῶν*. Eum. 278 *καὶ λέγειν ὅπου δίκη σιγᾶν θ' ὁμοίως*. Pers. 214 *κακῶς πράξας ... ὁμοίως τῆσδε κοιρανεῖ χθονός*, quo loco *ὁμοίως* pro adverbio *ὅμως* positum esse docuit Funkhänel[1]); *ὅμως* enim s. *ὁμῶς* primo fere idem significavit quod *ὁμοίως*.

1) K. H. Funkhänel, De adverbii *ὁμοίως* usu quodam in „Zeitschrift für Altertumswissenschaft, Suppl.-Bd. 17, Cassel 1845.

Vocabulum *ἴσως* significatione principali *aequaliter* sublata recepit ubicumque apud Aeschylum exstat, notionem *fortasse,* qua de causa adiunctum est maxime formis modi potentialis: Suppl. 727 *ἴσως ἂν μόλοι,* cf. Ag. 1049, Sept. 707; nec non indicativi: Prom. 317 *ἀρχαῖ' ἴσως φαίνομαι λέγειν.* Notionem *aequaliter* poeta expressit adverbio *ὁμοίως*, formis neutrius generis *ἴσον, ἴσα,* figuris ut *ἐξ ἴσον.*

'Εννόμως idem est, quod attinet ad eius sententiam, atque *ἐμμελέως* prius formatum; compares Sapph. 52, 1 *ἐμμελέως ὠρχεῦντο.* Aesch. Ag. 1473 (hoc uno loco) *ἐννόμως ὕμνον ὑμνεῖν.*

Adverbium *διχῶς* non nisi a voce *δίχα* ex adverbiorum in *-ως* cadentium similitudine derivatum neque ortum est ex adiectivo *δίχος* quippe quod non exstiterit. Hoc adverbium illud *δίχα* antiquum e sermone depellere non potuit, quo factum est ut raro admitteretur; nam nullo loco occurrit nisi apud Aesch. Ch. 915. Idem valet de adverbiis *ἐξόχως*, quod (praeter *ἔξοχον, ἔξοχα*) tribus locis solis: Pind. Ol. IX 69; Siro 1; Eur. Bacch. 1235, et *σφοδρῶς*, quod (praeter *σφόδρα*) tantummodo in Hom. *μ* 124 et Eurip. fragm. dub. 1132, 36 invenitur. Sed multo crebrius apud illius aetatis poetas locum habet adverbium *σαφῶς* (praeter *σάφα*); usurpatur enim in Homeri hymno V 149 semel, a Pindaro bis, ab Aeschylo 12iens, a Sophocle 19iens, ab Euripide 40iens.

3. De copulatione adverbiorum.

Adverbium in dialogo saepissime verbis loquendi et sentiendi adiunctum occurrere rerum natura datum est. Quod ad illustrandum ex Aeschyleis tragoediis enotavi omnes locos quibus haec iunctura exstat. Inveni adverbium adpositum verbis his:

λέγειν

in dialogo: Spt. 490 *οὐκ ἄλλως ἐρῶ.* Prom. 662 *χρησμοὺς δυσκρίτως εἰρημένους.* Ag. 915 *εἶπας εἰκότως.* Eum. 642 *ἐναντίως λέγεις.* Ag. 616 *εἶπε εὐπρεπῶς.* Ag. 351 *λέγεις εὐφρόνως.* Ag. 1372 *καιρίως εἰρημένον.* Eum. 413 *λέγειν κακῶς.* Ch. 918 *εἶφ' ὁμοίως.* Eum. 657 *ὀρθῶς ἐρῶ.* Suppl. 310 *ἔλεξας συγκόλλως.* Eum. 585 *λέξομεν συντόμως.* Prom. 609 *λέξω τορῶς,* cf. Suppl. 196; Ag. 269. Eum. 45 *τρανῶς ἐρῶ,*

i. cant.: Ch. 434 *ἀτίμως ἔλεξας,*

φράζειν

i. dial.: Prom. 949 *αἰνικτηρίως ἔκφραζε.* Suppl. 464 *ἁπλῶς φράσον.* Ch. 121 *ἁπλῶς φράζουσα.* Ch. 526 *ὀρθῶς φράσαι.* Prom. 781 *φράσω σαφηνῶς.* Ag. 1584 *τορῶς φράσαι,*

καλεῖν, ἀγορεύειν, ἐννέπειν, ὀνομάζειν

i. dial.: Eum. 287 *εὐφήμως καλῶ.* Sept. 223 *καλοῦσα κακῶς.* Pers. 688 *οἰκτρῶς καλεῖσθε με.* Prom. 85 *ψευδωνύμως σε καλοῦσιν.* Prom. 833 *λαμπρῶς κοὐδὲν αἰνικτηρίως προσηγορεύθης.* Suppl. 204 *φρονούντως ἐννέπεις,*

i. cant.: Ag. 682 *ὠνόμαξεν ἐτητύμως.* Suppl. 591 *κεκλοίμαν εὐλόγως.* Ch. 320 *ὁμοίως κέκληνται,*

εἰδέναι, ἐπίστασθαι

i. dial.: Prom. 328 *οὐκ οἶσθ' ἀκριβῶς.* Ag. 1296 *εἰ δ' ἐτητύμως οἶσθα.* Pers. 784 *εὖ σαφῶς ἴστε.* Ag. 1371 *τρανῶς εἰδέναι.* Prom. 840 *σαφῶς ἐπίστασο,* cf. 967. Prom. 112 *προυξεπίσταμαι σκεθρῶς.* Prom. 699 *προυξεπίστασθαι τορῶς,*

ἀκούειν, κλύειν

i. dial.: Spt. 246 *ἐμφανῶς ἄκου' ἄγαν.* Suppl. 984 *πικρῶς ἤκουσαν.* Ch. 771 *ἀδειμάντως κλύῃ.* Suppl. 718 *ἄγαν καλῶς κλύουσα,*
i. cant.: Spt. 171 *κλύετε πανδίκως.* Ag. 468 *τὸ ὑπερκότως κλύειν,*

μανθάνειν, πυνθάνεσθαι, ἱστορεῖν

i. dial.: Prom. 817 *σαφῶς ἐκμάνθανε.* Ch. 20 *σαφῶς μάθω.* Eum. 415 *πεύσῃ συντόμως.* Pers. 454 *κακῶς ἱστορῶν.* Eum. 455 *καλῶς ἱστορεῖς,*

σημαίνειν, ἀγγέλλειν, δηλοῦν, φημίζειν

i. dial.: Pers. 479 *σημῆναι τορῶς,* cf. Ag. 26. Ch. 709 *ὁμοίως ἀγγελῶν.* Suppl. 931 *ἀπαγγέλλειν τορῶς,* cf. Ag. 632. Ch. 741 *ἤγγειλαν τορῶς.* Pers. 519 *σαφῶς ἐδήλωσας.* Ag. 629 *συντόμως ἐφημίσω,*

εὔχεσθαι, ὑπισχνεῖσθαι, μαρτυρεῖν, ὀνειδίζειν

i. dial.: Ag. 501 *ἐπεύχεται ἄλλως.* Spt. 279 *ἐπεύχου φιλοστόνως.* Eum. 804 *πανδίκως ὑπίσχομαι.* Ag. 1184 *μαρτυρεῖτε συνδρόμως.* Ch. 917 *ὀνειδίσαι σαφῶς,*

βλέπειν, δέρκεσθαι, ὁρᾶν

i. dial.: Pers. 261 *ἀέλπτως βλέπω.* Ag. 349 *μὴ διχορρόπως ἰδεῖν.* Suppl. 724 *ἡσύχως καὶ σεσωφρονισμένως ὁρῶσας.* Pers. 398 *θοῶς ἦσαν ἰδεῖν.* Ag. 952 *εὐμενῶς προσδέρκεται,*

i. anap.: Suppl. 1 *ἐπίδοι προφρόνως,*

φρονεῖν

i. dial.: Eum. 850 *κακῶς φρονεῖν,* cf. Ag. 927. Pers. 725 *φρονεῖν καλῶς.* Prom. 1000 *ὀρθῶς φρονεῖν.*

Non minus adverbium cum verbis *πάσχειν, δρᾶν, πράττειν* conexum legitur:

i. dial.: Prom. 751 *πάσχειν κακῶς,* cf. 759. Spt. 1049 *παθὼν κακῶς,* cf. inc. fab. frgm. 401, 3. Ag. 1635 *δράσαι αὐτοκτόνως.* Pers. 813 *κακῶς δράσαντες.* Suppl. 269 *πράξας ἀμέμπτως.* Eum. 223 *ἐμφανῶς πράσσουσαν.* Pers. 213 *κακῶς πράξας,*

i. anap.: Eum. 927 *προφρόνως πράσσω.* Eum. 953 *τελέως διαπράσσουσιν.* Prom. 1041 *πάσχειν κακῶς.*

Verbum *πράττειν,* quod his locis non secus atque apud priores poetas significationem *facere* habet, tribus locis eandem intransitivam notionem recipere coepit quam habet *ἔχειν* adverbio adiectum; loci sunt hi: Prom. 264 *τὸν κακῶς πράσσοντα,* cf. inc. fab. frgm. 317, 2. Eum. 831 *πράσσειν καλῶς,* in comparationem voces nostrum „sich machen".

Verbum *ἔχειν* cum adverbio iunctum quod ante Aeschyli aetatem nusquam nisi duobus locis (Theogn. v. 1091; frgm. iamb. adesp. 33) inveni, hunc poetam valde adamavisse demonstrant exempla haec:

i. dial.: Eum. 481 *ἀμηχάνως* scil. *ἔχει.* Frgm. 266, 2 *ἀμφιδεξίως ἔχει.* Ch. 239 *ἀναγκαίως ἔχω.* Ch. 892 *ἀρκούντως ἔχει.* Ch. 696 *εὐβούλως ἔχων.* Ch. 979 *εὐόρκως ἔχει.* Ag. 552 *εὐπετῶς ἔχειν.* Spt. 799 *καλῶς ἔχει,* cf. Ch. 739. Ag. 846 *τὸ καλῶς ἔχον.* Ch. 740 *παγκάκως ἔχει.* Ch. 542 *συγκόλλως ἔχειν,*

i. cant.: Ch. 408 *ἀμηχάνως ἔχοντα.* Eum. 154 *δικαίως ἔχειν.* Ag. 178 *κυρίως ἔχειν.*

Sed tamen notandum est omnes locos uno excepto in Agamemnone, Choephoris, Eumenidibus fabulis exstare, unde colligitur poetam hanc iuncturam in prioribus tragoediis devita-

visse, postea magis magisque admisisse. Quod cum ita sit, haec structura ad sermonem cottidianum revocanda esse videtur.

Adverbium verbis veniendi et quiescendi adiunctum legimus:

i. dial.: Eum. 672 *αἰανῶς μένοι*. Eum. 98 *αἰσχρῶς ἀλῶμαι*. Ch. 680 *ἄλλως κίεις*. Prom. 919 *πεσεῖν ἀτίμως πτώματα*. Ch. 988 *μετῆλθον ἐνδίκως*. frgm. 6, 3 *εὐλόγως μενεῖ*. Ag. 1298 *εὐτόλμως πατεῖς*. Pers. 325 *κεῖται οὐ μάλ' εὐτυχῶς*. Eum. 112 *κούφως ὤρουσεν*. Ag. 1581 *κείμενον φίλως*,

i. cant.: Ag. 182 *βιαίως ἡμένων*. Ag. 446 *καλῶς πεσόντα*,

i. anap.: Prom. 155 *ἀγρίως πελάσας*. Ag. 1555 *ἀσπασίως ἀντιάσασα*. Prom. 1060 *χωρεῖτε θοῶς*. Pers. 547 *δοκίμως οἰχομένων*. Prom. 1090 *στείχει φανερῶς*. Pers. 911 *ὠμοφρόνως ἐνέβη*.

Neque desunt loci quibus adverbium cum *εἶναι* verbo copulatum est:

Ag. 1636 *πρὸς γυναικὸς ἦν σαφῶς*, i. e. germanice: „es war offenbar die Aufgabe ...“

Ag. 1395 sq. *εἰ δ' ἦν πρεπόντως ἐπισπένδειν νεκρῶν,*
τῷδ' ἂν δικαίως ἦν, ὑπερδίκως μὲν οὖν,

hoc loco contra Weilium, qui scribit *πρέπον πως*, restituerim *πρεπόντως* librorum memoria traditum; conferas enim adverbia versus insequentis atque Euripidis inc. fab. fragm. 953, 37: *ἐστὶν εἰκότως*.

Pers. 398 *θοῶς δὲ πάντες ἦσαν ἐκφανεῖς ἰδεῖν,*

talibus et eiusmodi locis quibus adverbium rectius ad verbi infinitivum referendum esse puto, Aeschylus adiectivum praedicativum adverbialiter usurpatum praetulit, quod doceant exempla haec: Pers. 398 *ἦσαν ἐκφανεῖς ἰδεῖν*. Pers. 27 *φοβεροὶ ἰδεῖν*. Pers. 387 *ἡμέρα εὐφεγγὴς ἰδεῖν*. Spt. 581 *ἦ τοῖον ἔργον καὶ θεοῖσι προσφιλὲς καλόν τ' ἀκοῦσαι καὶ λέγειν μεθυστέροις*. Suppl. 94 *πόροι κατιδεῖν ἄφραστοι*. Prom. 246 *ἐλεινὸς εἰσορᾶν ἐγώ*. Prom. 238 *τῷ τοι τοιαῖσδε πημοναῖσι κάμπτομαι, πάσχειν μὲν ἀλγειναῖσιν, οἰκτραῖσιν δ' ἰδεῖν*, cf. Eum. 34.

Etiam in adverbio substantivis adiciendo poeta audacior ceteris fuit; haec enim structura invenitur: Suppl. 982 *ἐπεὶ σωτῆρες οὐ διχορρόπως*. Prom. 16 *πάντως ἀνάγκη*. Ch. 1054 *σαφῶς αἵδε μητρὸς κύνες*. Ch. 534 *δυσσεβίας μὲν ὕβρις τέκος ὡς ἐτύμως*. His locis supplendum esse apparet *ἐστίν* vel *εἰσίν* quod ad verbum cum substantivo conexum pertinet adverbium; compares Eum. 584 *γένοιτ' ἂν ὀρθῶς διδάσκαλος*. Suppl. 585 *ἔρνος τόδε Ζηνός ἐστιν ἀληθῶς*.

Praeter adverbia tritissima *μάλα* (e. g. Prom. 728; Pers. 325), *κάρτα* (e. g. Pers. 519) sim. Aeschylus primus adverbiis anteposuit voces *εὖ* Pers. 784 *εὖ γὰρ σαφῶς τόδ' ἴστε* et *ὡς* Eum. 534 *δυσσεβίας μὲν ὕβρις τέκος ὡς ἐτύμως*, ut vim adverbii augeret. *ὡς ἐτύμως* duplex adverbium quo modo ortum sit explicare conatus est W. Fox, cuius de sententia conferas quae infra pag. 100 disputabo.

Hic quoque poeta primus studuit adverbiis in *-ως* cadentibus eodem loco cumulandis, quo studio adductus duo adverbia copulavit auxilio particularum *καί, τε*: Prom. 833 *λαμπρῶς κοὐδὲν αἰνικτηρίως προσηγορεύθης*. Prom. 195 *οὕτως ἀτίμως καὶ πικρῶς αἰκίζεται*. Spt. 405 *ὀρθῶς ἐνδίκως τ' ἐπώνυμον*. Suppl. 724 *ἡσύχως καὶ σεσωφρονισμένως ὁρώσας*, comparavit: Ag. 1591 *προθύμως μᾶλλον ἢ φίλως παρέσχε*, opposuit: Ag. 808 *τόν τε δικαίως καὶ τὸν ἀκαίρως οἰκουροῦντα*. Pers. 519 sq. *ὡς κάρτα μοι σαφῶς ἐδήλωσας κακά, ὑμεῖς δὲ φαύλως αὔτ' ἄγαν ἐκρίνατε*, aliud alio amplificavit: Ag. 1396 *τῷδ' ἂν δικαίως ἦν, ὑπερδίκως μὲν οὖν*, qui locus mihi in mentem revocat illum Theognidis versum 520 *ὡς εὖ μὲν χαλεπῶς, ὡς χαλεπῶς δὲ μάλ' εὖ*, ubi similis gradatio occurrit (cf. pg. 61 sq.). Sed interdum fieri non potuit, ut adverbia eiusdem generis coniungerentur cuius rei deprehendi tria exempla: Prom. 1077 *οὐκ ἐξαίφνης οὐδὲ λαθραίως ἐμπλεχθήσεσθε*. Sept. 552 *πανώλεις παγκάκως τ' ὀλοίατο*, quo loco poeta quamquam erat in novando audacissimus, tamen a *πανώλεις* adverbium formare non ausus est; similiter Ag. 552 *τὰ μέν τις ἂν λέξειεν εὐπετῶς ἔχειν, τὰ δ' αὖτε κἀπίμομφα*; praeterea respiciendum est metrum non permisisse, ut in quarta arsi syllaba *-φως* poneretur.

Postremo transeo ad adverbii iuncturas quae perspicuitatis causa fiebant; huc spectant adverbia quae cum participio, adiectivo, adverbio conexa sunt. Participium quanti

momenti ad adverbium in -*ως* cadens usurpandum fuerit, supra pg. 44; 64 al. demonstravi; huc addam e diverbiis unum locum dignum qui memoretur. Legimus Pers. 360 *δρασμῷ κρυφαίῳ βίοτον ἐκσωσοίατο,* sed in versu 370 *κρυφαίως δρασμὸν εὑρόντες τινά,* ubi *κρυφαῖον* expectabamus, sed *κρυφαίως* ex auctoritate participii *εὑρόντες* ortum esse coniciamus necesse est.

Praeterea moneam adverbium *σωφρόνως* a stirpe *σωφρον-* derivatum cuius generis adverbia antiquiore tempore non formata esse statuimus, nusquam exstare nisi participio adiunctum (i. e. Spt. 645; Eum. 44); *ἀφρασμόνως* quoque quod bis exstat, altero loco (Ag. 290) cum participio copulatum legitur.

Has iuncturas quae frequentissimae apud Aeschylum et alios poetas tragicos occurrunt, ne denuo enumerarem id quod apud priores poetas feci, abhinc in enumerationibus meis exempla uncis huiusmodi (. . .) inclusi ea, ubi adverbium adpositum mihi occurrebat participio, adiectivo, adverbio.

Tamen memoratu digni sunt duo Aeschyli loci quibus adverbium audacius cum aliis formulis adverbialibus coniunctum est: Spt. 919 *ἐτύμως δακρυχέων ἐκ φρενός* (i. e. „wirklich von Herzen"), Spt. 829 *ὀρθῶς κατ' ἐπωνυμίαν ὤλοντο* (i. e. „richtig gemäß ihres Namens").

Denique comprehendere liceat quae disputavi. Invenitur adverbium 224 locis dialogorum, 64 locis canticorum, 28 locis anapaesticarum partium; adpositum est adverbio ter, adiectivo 15^{iens}; participio autem in dialogis 45^{iens}, in canticis 22^{iens}, in anapaestis 9^{iens}. Quibus e numeris, si frequentiae adverbii ipsius et huius iuncturae rationem habueris, satis clare apparebit adverbium in anapaesticis metris et canticis multo saepius participio adiunctum esse quam in diverbiis. Indidem factum est ut in partibus tragoediae lyricis opinione plura adverbia admitterentur.

De Sophocle.

Inveni apud Sophoclem haec:

1. in dialogo:

**ἀθαυμάστως:* inc. fab. fragm. 895.

**ἀθέως:* El. 1181 *(ἀ. ἐφθαρμένον);* O. T. 254 *(ἀ. ἐφθαρμένης).*

**ἀθλίως*: El. 1178 *(ἀ. ἔχον)*; Ant. 26 *(ἀ. θανόντα)*.

αἰσχρῶς: El. 593, 989; Phil. 265, 1234 *(αἰ. λαβών)*.

**ἀκάρπως*: O. T. 254 *(ἀ. ἐφθαρμένης)*.

**ἀλγεινῶς*: Ant. 436; Phil. 1011 *(ἀ. φέρων)*.

ἄλλως: El. 1324; O. T. 333, 1114, 1151; O. C. 492; Trach. 817; Phil. 947; fragm. 61, 3; Ichn. 233.

**ἀμφιτέρμως*: fragm. 119.

ἀναγκαίως: Trach. 723.

†*ἀναιδῶς*: O. T. 354.

**ἀναλγήτως*: Ai. 1333.

**ἀναξίως*: Ai. 1392.

†*ἀνετῶς*: fragm. 583.

**ἀνηνύτως*: fragm. 513, 4.

**ἀνιαρῶς*: Ant. 316.

**ἀνοσίως*: Phil. 257 *(ἀ. ἐκβαλόντες)*.

**ἀξίως*: O. T. 133; fragm. 101, 1.

ἁπλῶς: fragm. inc. fab. 703, 3.

ἀρτίως: Ai. 25, 678 *(ἀ. μαθών)*, 735, 787 *(ἀ. πεπαυμένην)*, 898 *(ἀ. νεοσφαγής)*, 941 *(ἀ. ἀποβλαφθεῖσαν)*, 1321; El. 347, 792 *(ἀ. θανόντος)*; O. T. 78, 243, 251, 726 *(ἀ. ἀκούσαντα)*, 745 *(ἀ. προβάλλων)*, 1054; O. C. 818, 892, 1150; Ant. 8, 245 *(ἀ. θάψας)*, 491, 561, 1297; Trach. 346, 664, 674, 806 *(ἀ. τεθνηκότα)*, 864 *(ἀ. ὁρμωμένου)*, 1082, 1130 *(ἀ. νεοσφαγής)*; Phil. 764.

ἀσφαλῶς: O. T. 613; O. C. 1165; Ant. 163.

ἀτίμως: El. 1181 *(ἀ. ἐφθαρμένον)*; O. C. 428 *(ἀ. ἐξωθούμενον)*; Ant. 1069; fragm. 598, 7 *(ἀ. διατετιλμένης)*.

**αὐτομόλως*: fragm. 629.

†[*ἀφα*]*νῶς*: Ichn. 9 *(ἀ. ἰόντα)*.

**ἀφροντίστως*: Ai. 355; Trach. 366 *(ἀ. πέμπων)*.

†*ἀφρόνως*: Ai. 766.

γενναίως: fragm. 296.

**δεινῶς*: El. 805; O. T. 747.

δικαίως: El. 560; Ai. 547, 1110; O. T. 675, 853, 1283; O. C. 742, 971, 1138; Ant. 240, 292.

†*δυσκλεῶς*: El. 1006 (suspectum; Morstadtius: *δυστυχῶς*; alia alii).

*δυσφόρως: O. T. 770 *(τὰ δ. ἔχοντα)*, 783.
†ἐγγενῶς: O. T. 1225 (Hartungus: *εὐγενῶς;* H. Hirzelius: *ἐμπεδῶς;* Heimsoethius: *εὐμενεῖς*).
ἐκδίκως: Ant. 928 (L: *ἐνδίκως*).
*ἐλεινῶς: Phil. 870.
*ἐλευθέρως: El. 1300; fragm. 193, 1.
ἐμπέδως: Trach. 487 (Nauck: *ἐμπέδους*).
ἐμφανῶς: Ai. 457; El. 923; O. T. 96, 534 *(φονεὺς ὢν ἐ.);* Ant. 655; Trach. 278, 608 (Triclinius: *ἐμφανής*) *(ἐ. σταθείς);* inc. fab. fragm. 844, 1.
†ἐναργῶς: El. 878 (Wecklinus: *ἐναργής*).
†ἐνδεῶς: Trach. 175 (L: *ὥσθ' ἡδέως;* Mekler.: *ὥστ' ἐνδεῶς*) *(ἐ. εὕδουσαν)*.
ἐνδίκως: Ai. 1342; O. T. 135; Phil. 372, 523.
*ἐπαξίως: O. T. 133.
*ἐπικινδύνως: Phil. 502.
ἐτητύμως: El. 1452.
+εὐθέως: Ai. 31; O. C. 994; Phil. 615.
εὐπετῶς: fragm. 526, 2.
*εὐπόρως: Phil. 872 (L: *εὐπόρως;* Brunckius: *εὐφόρως* vel *εὐπετῶς;* Wakefieldus: *εὐκόλως;* alia alii).
εὐσεβῶς: O. T. 1431.
εὐτυχῶς: O. T. 998; Ant. 701 *(εὐ. πράσσοντος)*.
+ἡδέως: Ant. 70, 436.
ἴσως: Ai. 691, 962, 1009 (libri: *ἴσως;* Hermannus: *ἰδών*); El. 918; O. T. 937, 1078; O. C. 661; Trach. 301, 314; Phil. 261, 603, 758, 1260.
κακῶς: Ai. 1137 (L m. pr.: *καλῶς;* corr.: *κακῶς*), 1154, 1177, 1391; El. 291, 345, 354, 523, 524 *(κ. κλύουσα)*, 550, 770 *(κ. πάσχοντι)*, 1003 *(κ. πράσσοντε)*, 1026, 1137; O. T. 248, 551 *(κ. δρῶν)*, 629 *(κ. ἄρχοντος)*, 642 *(κ. δρῶντα);* O. C. 667, 798, 1187 (L: *καλῶς;* Hermannus: *κακῶς*) *(κ. ηὑρημένα)*, 1191; Ant. 564 *(κ. πράσσουσιν)*, 1053; Trach. 589, 721 *(κ. κλύουσαν);* Phil. 95, 424, 962, 1035, 1269, 1369; fragm. 141, 3; 153, 2; 375, 1 *(κ. πράσσουσι);* 401, 1 *(κ. πράσσοντι);* 448; inc. fab. fragm. 666, 3 *(κ. πράσσοντι);* 667 *(κ. πράσσοντος);* 697, 1 *(κ. ὀλουμένη);* 771; 837, 1 *(κ. πράσσοντες);* Ichn. 376.

καλῶς: Ai. 94, 479 bis, 763 *(κ. λέγοντος)*, 1073; El. 252, 526, 662, 790, 791, 793, 816, 989 (Blaydesius: *καλοῖς*) *(κ. πεφυκόσιν)*, 1017, 1305, 1320, 1321, 1340, 1345 bis, 1425 bis; O. T. 317 *(κ. εἰδώς)*, 600 *(κ. φρονῶν)*, 616, 859, 984, 986, 1008, 1367; O. C. 269, 417, 617, 1004, 1284, 1475; Ant. 18, 97, 271, 293, 557, 638 *(κ. ἡγουμένου)*, 669, 687 *(κ. ἔχον)*, 739, 1047; Trach. 26, 27, 57, 62, 230 *(κ. πράσσοντα)*, 290 (libri: *πολλοῦ καλῶς;* Turnerius praeeunte Blaydesio: *πολλῷ, καλοῦ*) *(κ. λεχθέντος)*, 442, 457, 579 *(κ. ἐγκεκλημένον)*, 1171, 1252; Phil. 94 *(κ. δρῶν)*; fragm. 100, 2 *(κ. πεφυκός)*; 103, 2; 138, 2; 234, 8; 324, 1; 524, 12; inc. fab. fragm. 666, [3], 6 *(κ. εἰρημένα)*; 747, 1; 752; 848 *(κ. εὐδαίμονα)*; fragm. dub. 1019, 1.

**καταξίως:* O. C. 911 (Elmsleius: *κατάξια*).

**κυαμοβόλως:* fragm. 266.

κυρίως: Phil. 63 *(κ. αἰτουμένῳ)*.

**λυπηρῶς:* El. 767; Phil. 912.

**ματαίως:* Trach. 940.

οἰκτρῶς: Trach. 1080; Phil. 1043.

ὁμοίως: Ai. 276; El. 265, 907; O. T. 563 *(ὁ. σοφός)*; O. C. 417, 936; Ant. 210; Phil. 390.

ὀρθῶς: El. 555. 1040, 1099; O. T. 550, 1448; Ant. 99 *(ὀ. φίλη)*, 403, 494 (Turnerius: *μηδὲν ὀρθόν*) *(ὀ. τεχνωμένων)*, 685, 706; Phil. 341; inc. fab. fragm. 880, 1 *(ὀ. ἐπώνυμος)*.

*[*πα*]*γκάλως:* Eurypyl. 7, 4.

πανδίκως: O. C. 1306; Trach. 611 (Hensius: *καιρίως στελεῖν*), 1247 (Madvigus: *παντελῶς*).

παντελῶς: O. T. 669; fragm. 588, 2.

πάντως: Ai. 1068; fragm. 165.

†*περιφανῶς:* Ai. 81.

πικρῶς: O. C. 990 *(π. ἐξονειδίζων)*; fragm. 101, 1.

**ποικίλως:* Phil. 130 *(π. αὐδωμένου)*.

**προδήλως:* Ai. 1311.

†*προσφιλῶς:* El. 442.

ῥᾳδίως: O. T. 725; O. C. 1535.

σαφῶς: El. 660; O. T. 604, 702 *(σ. ἐγκαλῶν)*, 846 *(σ. ῥέπον)*, 958, 1065, 1132; O. C. 359; Trach. 349; Phil. 40, 595,

810, 995, 1338; fragm. 214, 2; 356; 597, 2 *(σ. κεχρημένη)*; fragm. dub. 1021; Ichn. 205, 256 *([σα]φῶς)*.
συντόμως: O. T. 810 (Dobraeus: *συντόνως*) *(σ. τυπεὶς)*; Ant. 446.
σωφρόνως: Ai. 1075.
τερπνῶς: fragm. 524, 5.
[*τορῶ*]*ς*: Ichn. 108.
∗*ὑψικόμπως*: Ai. 766.
φιλοφρόνως: Ai. 751 *(φ. θεὶς)*.
φίλως: O. C. 758 (libri: *φίλως εἰπών*; Herwerdenus: *φίλος λιπών*) *(φ. εἰπών)*.

Adverbia a participiis formata:

εἰκότως: O. C. 432, 977.
‡*εἰωθότως*: El. 1456.
‡*ἐπαρκούντως*: El. 354 (Thom. Mag.: *ἀπαρκ-*).
[*πρεπόντως*: fragm. 194; cod. A: *προσηκόντως*; M: *προσόντως*; Nauck: *πρεπόντως*].
φρονούντως: Ant. 682.

Adverbia a comparativis et superlativis derivata:

[*ἀνουστέρως*: fragm. 530, 1; S: *ἀνούστερ' ἔτι*; Cobet: *ἀνουστέρως ἔτι*].
‡‡*μειόνως*: O. C. 104 (codd.: *μειόνως ἔχειν*; Nauck: *μειόνως νοσεῖν*; Mekler: *μεῖον ἀντισχεῖν*).
∗*ξυντομωτάτως*: O. C. 1579 (codd.: *-τάτως*; Elmsley: *-μώτατον*).
[*προνουστέρως*: Ai. 119 sic citat Photius].

2. in canticis:

∗[*ἀγα*]*στῶς*: Ichn. 243.
∗*ἀδέρκτως*: O. C. 130.
ἀέλπτως: El. 1263.
αἰκῶς: El. 216 (L: *ἀεικῶς*; Seidlerus: *αἰκῶς*).
∗*ἀλόγως*: O. C. 131.
∗*ἀνοίκτως*: O. T. 181.

[*ἀντιτύπως*: Ant. 134; L: *ἀντίτυπα*; L. m. rec.: *ἀντιτύπως*; Triclinio praeeunte Porson: *ἀντιτύπᾳ*].
ἀρτίως: El. 481 *(ἀ. κλύουσαν)*, 1234; O. T. 473 *(ἀ. φανεῖσα)*.
ἀτίμως: Phil. 686 (L: *ἀναξίως*; Erfurdt: *ἀτίμως*; Linwood: *ἀνοίκτως*).
**ἀφράστως*: El. 1263.
**ἀφώνως*: O. C. 131.
[*βαρυαλγήτως*: Ai. 199; L: -*άλγητ'*; Dindorf: -*αλγήτως*].
(*)*δεινῶς*: El. 198 *(δ. προφυτεύσαντες)*.
δικαίως: O. T. 889.
εὐπετῶς: Ichn. 242.
**ἠπίως*: El. 1438.
κακῶς: El. 1083 *(κ. ζῶν)*; O. C. 1740.
καλῶς: O. T. 879 *(κ. ἔχον)*; O. C. 1694.
**ὀλβίως*: O. C. 1720.
ὀρθῶς: Trach. 827 (Nauck: *τάδε Ζεὺς ἔμπεδα*; schol.: *ἀσφαλῶς*) *(ὀ. ἔμπεδα)*.
σαφῶς: O. T. 1325.
φανερῶς: El. 832 *(φ. οἰχομένων)*.
**φρενομόρως*: Ai. 626 (Lr: -*μώρως*; Dindorf: -*βόρως*; Meineke: *φρενομανῶς* vel *μωροφρόνως*) *(φ. νοσοῦντα)*.

3. in anapaesticis partibus:

ἀδίκως: El. 113 *(ἀ. θνήσκοντας)*.
αἰκῶς: El. 102 (L: *ἀδίκως*; schol.: *ἀεικῶς*; Brunckius: *ἀϊκῶς*; Hermannus: *αἰκῶς*) *(αἰ. θανόντος)*.
**ἁλίως*: Phil. 840 (in dactylis).
ἀμέμπτως: Phil. 1465.
ἴσως: Phil. 144.
καλῶς: O. C. 1764 *(κ. πράσσοντα)*.
οἰκτρῶς: El. 102 *(οἰ. θανόντος)*.
πάντως: O. C. 1779.
στυγερῶς: Phil. 166 (Brunckius: *σμυγερῶς*) *(σ. θηροβολοῦντα)*.

1. De adverbiorum Sophocleorum frequentia.

Septem Sophoclis tragoediae quamquam versus circiter duobus milibus plures quam Aeschyleae continent, tamen ad-

verbia praebent numero quinquaginta quattuor pauciora quam illae. Quae differentia explicatur non eo quod Sophocles adverbia quam maxime devitaverit, sed quod multa adverbia quae ab Aeschylo audacius novata sunt, non assumpsit. Ipse sermone non fucato usus in adverbiis inveniendis multo moderatior fuit; itaque occurrunt adverbia ab eo novata pauca in dialogo *ἀθαυμάστως*, *ἀθέως* et *ἀκάρπως* (eodem loco obvia), *ἀμφιτέρμως*, *ἀναλγήτως*, *ἀνηνύτως*, *αὐτομόλως*, *κυαμοβόλως*, *ὑψικόμπως* (ex studio adverbia cumulandi ortum?); in canticis *ἀδέρκτως* et *ἀφώνως* et *ἀλόγως* (omnia tria uno eodemque loco O. C. 130 occurrentia), *ἀφράστως* (cf. *ὑψικόμπως*), *φρενομόρως*; ex anapaesticis partibus afferendum est *ἁλίως* cui adverbio ab Homero neutrum *ἅλιον* substitutum est (cf. pag. 35).

Enumerationem si inspexeris, fortasse dicas Sophoclem dimidiam fere partem omnium adverbiorum quae usurpavit primum adhibuisse. Hoc ego quoque concedo; cf. tabellam pag. 16 compositam; sed simul respiciendum est perpauca adverbia hunc poetam de suo formavisse, permulta autem ea quae usus cottidiani iam diu propria ab Aeschylo prorsus reformidata sunt, in sermonem poeticum induxisse. Huc spectant *ἀθλίως*, *δεινῶς*, *ἐλευθέρως*, *ἐναργῶς*, *ἐπικινδύνως*, *λυπηρῶς* sim., quae eadem de causa scriptores orationis quoque solutae praetulerunt. Maxime mirandum est, quod nemo poetarum ante Sophoclem *ἀξίως* eiusque composita *ἀν-*, *ἐπ-*, *καταξίως* admisit.

Sed in canticis Sophocles quoque haec tritissima adverbia quam maxime evitavit; nam occurrunt *κακῶς* et *καλῶς* non nisi singulis locis participio, singulis locis infinitivo, *ὀρθῶς* semel adiectivo, *ἀρτίως* bis participio adiuncta. In his enim partibus poeta sublime genus dicendi canticorum proprium asservavit id quod docent adverbia *ἀδέρκτως*, *ἀφώνως*, *ἀλόγως*, *ἀέλπτως*, *ἀφράστως*, *ἀνοίκτως*, *ὀλβίως*, *ἠπίως*, *φρενομόρως* non nisi in canticis obvia.

Ceterum discrimen frequentiae adverbiorum in singulis fabulae partibus occurrentium fere idem est quod apud Aeschylum id quod docet tabella pag. 17 constituta. Addam adverbium in stasimis non plus quam ter verbo finito adiunctum esse; loci sunt hi: O. T. 181 *νηλέα δὲ γένεθλα πρὸς πέδῳ θανατα-*

φόρα κεῖται ἀνοίκτως, ubi adverbium ex auctoritate verbi *κεῖται* finitimi atque ex eo quod enuntiati sedem postremam (cf. hanc consuetudinem Homeri propriam) tenet, ortum esse existimaverim; *νηλέα* enim nulla re nisi propinquitate substantivi *γένεθλα* explicari potest. Praeterea *θανατοφόρος* cui adiectivo participialis natura insit, forma adverbiali prorsus caruisse consentaneum est. Phil. 686 *ὠλέκεθ' ὧδ' ἀτίμως*: hoc loco adverbium pronominale *ὧδε* nescio quantum valuerit ad formandum *ἀτίμως*. O. T. 889 *εἰ μὴ τὸ κέρδος κερδανεῖ δικαίως*.

Tragoedias Sophocleas si collocaveris temporis ordinem secutus quo compositae esse videantur earumque singularum adverbia computaveris, invenies haec:

tragoedia:	composita siv. data anno:	continet in versibus:	adverbia:	eaque in dialogo:	in reliquis partibus:	millenis in versibus:
Aiax	ante 442	1419	36	35	1	circ. 26
Antigone	442	1353	37	37	0	„ 27
Electra	429—413?	1510	66	54	12	„ 44
Oed. Tyr.	ante 425	1530	58	53	5	„ 38
Trachin.	ante 420	1278	36	35	1	„ 28
Philoctetes	409	1471	39	34	5	„ 26
Oed. Colon.	circ. 405	1779	41	33	8	„ 23

Hoc quoque vario adverbiorum usu in singulis fabulis obvio id comprobatur poetam pauca novasse adverbia, quae vero in usu cottidiano erant usurpasse prout materia tractanda postulabat.

2. De significatione adverbiorum.

Sophocles adhibuit adverbia affectus haec *ἀλγεινῶς, ἀνιαρῶς, ἐλεινῶς, ἡδέως, λυπηρῶς, οἰκτρῶς, πικρῶς, προσφιλῶς, τερπνῶς, φιλοφρόνως, φίλως*; *ἀνοίκτως, ἠπίως, ὀλβίως*, quae sunt pauciora quam Aeschyli; adverbia temporalia *ἀνετῶς, ἀρτίως, ἐμπέδως, εὐθέως, συντόμως*. *ἀρτίως* et *εὐθέως* prorsus sermonis Sophoclei propria videntur fuisse; Aeschylus enim plane evitavit Euripidesque non ita saepe admisit. *συντόμως* de

brevitate orationis dici solet, cf. Aesch. Ag. 629; Eum. 415, 585. Soph. Ant. 446 *συντόμως* (cui oppositum est *μῆκος*) *εἰπέ*. O. C. 1579 *ξυντομωτάτως λέξαι*. Sed O. T. 810 *συντόμως τυπείς* significationem temporalem *statim* accepit ad quam compares nostrum „kurzer Hand“.

Ex adverbiis modum procedendi indicantibus qualia sunt *θοῶς, ταχέως, ὠκέως* sim. ne unum quidem admissum est.

Ratione vere Homerica usurpata sunt *δεινῶς* et *καλῶς* locis hisce: El. 805 *δεινῶς δακρῦσαι*. O. T. 747 *δεινῶς ἀθυμῶ*, ubi *δεινῶς* optime respondet *αἰνῶς* Homerico. Trach. 457 *οὐ καλῶς ταρβεῖς*. Hae iuncturae quibus Homerus uti solebat, apud poetas tragicos rarissime occurrunt, sed multo crebrius adverbia verbis *λέγειν, φρονεῖν, πράττειν, πάσχειν* sim. adiuncta quae Homero ignota erant. Quae cum ita sint, conicere possumus adverbium cum verbis intransitivis conexum prius, cum transitivis copulatum recentius fuisse.

Praeterea posteriore demum aetate adhibita esse videntur adverbia ea quae indicant modum quo is qui rem agit, alios homines afficit; dico iuncturas quas apud Sophoclem offendi, has: Ant. 316 *ἀνιαρῶς λέγεις* i. e. „lästig für mich“; frgm. 101, 1 *ἔλεξας πικρῶς* i. e. „bitter für andere“; Ant. 70 *ἐμοῦ γ' ἂν ἡδέως δρῴης μέτα* i. e. „mir willkommen“; Phil. 912 *λυπηρῶς δὲ μὴ πέμπω σε* i. e. „zu deinem Leid“; Phil. 166 *θηροβολοῦντα στυγερὸν στυγερῶς* i. e. „verhaßt für andere Leute“. His omnibus locis dativus quem sensus postulat, facile subaudiri potest; alibi additus est, ne error nasceretur: Ant. 435 sq. . . . . *ἄπαρνος δ' οὐδενὸς καθίστατο, ἅμ' ἡδέως ἔμοιγε κἀλγεινῶς ἅμα*. O. C. 990 . . . . *οὕς αἰὲν ἐμφέρεις σύ μοι φόνους πατρῴους ἐξονειδίζων πικρῶς*.

Pauca addam de singulis adverbiis.

ὁμοίως apud Sophoclem quoque nihil nisi *aequaliter* significare posse satis dilucide apparet ex O. T. 563 *σοφός γ' ὁμοίως κἀξ ἴσου τιμώμενος* quo loco *ὁμοίως* et *ἐξ ἴσου* synonymiae lege copulata sunt.

ἴσως adverbio *τάχα*, quod non iam *celeriter*, sed *fortasse* significavit, adiunctum apud Sophoclem primum inveni: Ai. 691 *καὶ τάχ' ἂν ἴσως πύθοισθε*.

δικαίως in notionem *vere* abiit locis hisce: Ai. 547 *εἴπερ δικαίως ἔστ' ἐμός*. O. T. 853 *φόνον φανεῖ δικαίως ὀρθόν*. O. T. 1283 *ὁ πρὶν παλαιὸς δ' ὄλβος ἦν πάροιθε μὲν ὄλβος δικαίως*. Hac significatione adhibitum *δικαίως* congruit cum adverbiis Aeschyleis *ἐτύμως, ἐτητύμως, ἀληθῶς*; conferas Suppl. 585 *ἔρνος τόδε Ζηνός ἐστιν ἀληθῶς*. Ag. 1296 *εἰ δ' ἐτητύμως οἶσθα*. Eum. 534 *ὕβρις τέκος ὡς ἐτύμως*. Suppl. 736 *ἐτητύμως περίφοβον*, nam *ἐτύμως* et *ἀληθῶς* Sophocles respuit neque usquam *ἐτητύμως* admisit nisi uno loco quo *ὡς* particulae adposuit: El. 1452 *ἦ καὶ θανόντ' ἤγγειλαν ὡς ἐτητύμως*.

Praeter hoc adverbium coniunctum usurpavit *ὡς ἠπίως* semel: El. 1438 *ὡς ἠπίως ἐννέπειν*. *ὡς αὔτως* saepius; e. g. El. 27 *ὡς αὔτως σὺ ἡμᾶς ὀτρύνεις*. Trach. 372 *πολλοὶ συνεξήκουον ὡς αὔτως ἐμοί*, quae adverbia referenda esse solummodo ad adiectiva cum articulo coniuncta censet W. Fox[1]); itaque *ὡς αὔτως* (non *ὡσαύτως* scribendum esse concludit) ortum esse ex *ὁ αὐτός* vel *τὸ αὐτό*, *ὡς ἀληθῶς* ex *τὸ ἀληθές*; vocem *ὡς* non continere exclamationem quandam, ut multi viri docti putant, neque augere vim adverbii; cf. infra pag. 123.

3. De copulatione adverbiorum.

Praemonendum est me hic iam nullas alias offerre iuncturas nisi eas quae apud priores poetas nondum occurrerunt.

Verbum *πράττειν* adverbio adiunctum cui apud Aeschylum raro significationem intransitivam inesse p. 88 vidimus, apud Sophoclem eam accepit ubicumque obiectum non secum habet, id quod demonstrant loci Ant. 701 *εὐτυχῶς πράσσοντος*. El. 1003 *κακῶς πράσσοντε*. El. 1026 *πράσσειν κακῶς*. Ant. 564 *τοῖς κακῶς πράσσουσιν*. Trach. 1171 *πράξειν καλῶς*. Phil. 424 *πράσσει κακῶς*. Phil. 1269 *κακῶς ἔπραξα*, cf. frgm. 375, 1; 401, 1; inc. fab. frgm. 666, 3; 667; 837, 1. Ant. 271 *καλῶς πράξαιμεν*. Trach. 57 *τοῦ καλῶς πράσσειν*; cf. frgm. 103, 2. Significatio utrum intransitiva sit necne, dubitari potest uno tantummodo loco hoc: Trach. 230 *ἄνδρα γὰρ καλῶς πράσσοντ' ἀνάγκη χρηστὰ κερδαίνειν ἔπη*. Transitivam notionem servavisse verbum

---

1) cf. W. Fox, Die Doppeladverbien *ὡς αὔτως, ὡς ἑτέρως, ὡς ἀληθῶς*, in „Zeitschr. f. d. österr. Gymnasien", 30 Wien 1879, pag. 321 sq.

πράττειν per se intellegitur in exemplis his: Trach. 1247 πράσσειν πανδίκως τάδε. O. C. 1764 ταῦτα πράσσοντα καλῶς, itemque atque ἔχειν: Phil. 840 θήραν τήνδ' ἁλίως ἔχομεν. O. C. 1779 πάντως ἔχει τάδε κῦρος. Ant. 292 λόφον δικαίως εἶχον.

Sin autem poeta obiecto non posito modum faciendi indicare volebat, adverbium coniungebat semper cum verbo δρᾶν, numquam πράττειν: Ant. 928 δρῶσιν ἐκδίκως. Ant. 70 γ' ἂν ἡδέως δρῴης. O. T. 551 κακῶς δρῶν. O. C. 1191 ἀντιδρᾶν κακῶς. O. T. 642 δρῶντα κακῶς. Phil. 94 καλῶς δρῶν. O. C. 911 δέδρακας καταξίως, vel, ubi placebat, verbis et πράττειν et δρᾶν adiciebat accusativos adiectivorum neutrius generis: Ant. 565 σὺν κακοῖς πράσσειν κακά. Ant. 68 τὸ γὰρ περισσὰ πράσσειν, hoc loco exspectamus περισσῶς (cf. pg. 68; 100); sed hoc adverbium, si verbo πράσσειν adiungebatur, falso accipi poterat. El. 618 ἔξωρα πράσσω κοὐκ ἐμοὶ προσεικότα. O. C. 831 sq. δίκαια δρᾷς. O. C. 938 δρῶν κακά. Ant. 469 δοκῶ μῶρα δρῶσα τυγχάνειν. O. T. 588 τύραννα δρᾶν. Phil. 1245 δρασείεις σοφά. Trach. 617 περισσὰ δρᾶν, ibid. 1137 χρηστὰ δρᾷ. Hic χρηστῶς propterea non posuit quia ipsum χρηστά ex v. 1136 repetiit.

Praeter πράττειν verbum usurpatum est ἔχειν quod eandem notionem habet, locis his: El. 1178 μάλ' ἀθλίως ἔχον. Trach. 723 ἀναγκαίως ἔχει. Frgm. 513, 4 ἀνηνύτως ἔχει. Ai. 355 ἀφροντίστως ἔχει. O. T. 770 τὰ δυσφόρως ἔχοντα. O. T. 1431 εὐσεβῶς ἔχει. El. 790 sq. καλῶς ἔχει (bis). El. 816 ἆρά μοι καλῶς ἔχει; cf. Ant. 687; frgm. 524, 12. El. 767 λυπηρῶς ἔχει. O. C. 104 μειόνως ἔχειν. Trach. 1080 οἰκτρῶς ἔχω. Ant. 706 ὀρθῶς ἔχειν, similiter El. 1425 τἀν δόμοισι καλῶς scil. κυρεῖ.

Sophocli atque Euripidi placuit adverbia in -ως cadentia eodem loco cumulare:

in dialogo Sophoclis: El. 1181 ἀτίμως κἀθέως ἐφθαρμένον. O. T. 254 ὧδ' ἀκάρπως κἀθέως ἐφθαρμένης. Ant. 436 ἅμ' ἡδέως ἔμοιγε κἀλγεινῶς ἅμα. O. T. 133 ἐπαξίως γὰρ Φοῖβος, ἀξίως δὲ σὺ ἔθεσθε. Frgm. 101, 1 ἀξίως ἔλεξας οὐδὲ μὲν πικρῶς. Ai. 766 ὑψικόμπως κἀφρόνως ἠμείψατο. El. 1345 καλῶς τὰ κείνων πάντα, καὶ τὰ μὴ καλῶς. El. 354 οὐ ζῶ; κακῶς μέν, οἶδ', ἐπαρκούντως δ' ἐμοί, cf. El. 1425, 1320 sq.; Trach. 26 sq.; Ai. 479;

in canticis: O. C. 130 sq. παραμειβόμεσθ' ἀδέρκτως, ἀφώνως, ἀλόγως. El. 1263 ἀφράστως ἀέλπτως τ' ἐσεῖδον,

in anapaesticis partibus: El. 102 *σοῦ οὕτως αἰκῶς οἰκτρῶς τε θανόντος,*

ex Euripide exscripsi pauca exempla haec: Rhes. 761 *ἀβούλως κἀκλεῶς ὀλώλαμεν.* I. A. 1458 *ἀγεννῶς Ἀτρέως τ' οὐκ ἀξίως* scil. *διώλεσεν,*

sed Soph. El. 1097 sq. *ἄρ', ὦ γυναῖκες, ὀρθά τ' εἰσηκούσαμεν ὀρθῶς θ' ὁδοιποροῦμεν,* id. Phil. 502 *ὡς πάντα δεινὰ κἀπικινδύνως βροτοῖς κεῖται.*

Porro hi poetae tragici adverbium adiectivo eiusdem stirpis praedicativo apposuerunt, ut vim eius augerent; cuius generis exempla deprompsi e Sophoclis et Euripidis tragoediis haec:

Sophoclis El. 989 *ζῆν αἰσχρὸν αἰσχρῶς τοῖς καλῶς πεφυκόσιν.* Ai. 1137 *πόλλ' ἂν κακῶς λάθρᾳ σὺ κλέψειας κακά.* Ai. 1177 *κακὸς κακῶς ἄθαπτος ἐκπέσοι χθονός,* cf. Ai. 1391; O. T. 248; Phil. 1369. El. 198 *δεινὰν δεινῶς προφυτεύσαντες μορφάν.* Phil. 166 *θηροβολοῦντα στυγερὸν στυγερῶς,*

Euripidis Troad. 1055 *κακῶς κακὴ θανεῖται,* cf. 446. Bacch. 1190 *σοφὸς σοφῶς ἀνέπηλεν.* Hel. 682 *τλάμονα τλαμόνως ἐπέλασεν.*

Praeterea notandum est adverbia sine relatione grammatica non raro videri posita esse; nonnumquam sane in dialogo per adverbium solum responsum datur, ubi verbum semper facile subaudiri potest. Enotavi e Sophocle: El. 354 *οὐ ζῶ; κακῶς μέν, οἶδ', ἐπαρκούντως δ' ἐμοί.* O. T. 997 sqq. *ὧν εἵνεχ' ἡ Κόρινθος ἐξ ἐμοῦ πάλαι μακρὰν ἀπῳκεῖτ'· εὐτυχῶς μέν, ἀλλ' ὅμως τὰ τῶν τεκόντων ὄμμαθ' ἥδιστον βλέπειν.* El. 1424 sq. *ΗΛ. Ὀρέστα, πῶς κυρεῖτε; ΟΡ. τἀν δόμοισι μὲν καλῶς.* Ai. 276 sq. *κεῖνός τε λύπῃ πᾶς ἐλήλαται κακῇ ἡμεῖς θ' ὁμοίως.* Trach. 26 sq. *τέλος δ' ἔθηκε Ζεὺς ἀγώνιος καλῶς, εἰ δὴ καλῶς. Ἔχει* supplendum est: El. 593 *αἰσχρῶς, ἐάν περ καὶ λέγῃς.* El. 1339 sq. *ΟΡ. πῶς οὖν ἔχει τἀντεῦθεν; ΠΑΙ. καλῶς,* audacissime autem poeta admisit ellipsin: El. 1344 sq. *ὡς δὲ νῦν ἔχει, καλῶς τὰ κείνων πάντα* (scil. *ἔχει*), *καὶ τὰ μὴ καλῶς* (scil. *ἔχοντα!*) cuius modi ne unum quidem exemplum alicubi inveni. Itaque de lectione recte tradita dubitari valde potest.

Adverbium substantivo additum legitur: inc. fab. fragm. 703, 3 *μόνην δ' ἔστερξε τὴν ἁπλῶς δίκην.*

Denique afferendi sunt

4. nonnulli loci

qui a viris doctis valde temptati non indigni sunt quos disputatione persequar.

A difficiliore loco, El. 1344 sq., tractando de quo modo in pag. 102 verba feci, me abstinebo. Alia videamus.

El. 877 sq. traditum legimus

πάρεστ' Ὀρέστης ἡμίν, ἴσθι τοῦτ' ἐμοῦ
κλύουσ', ἐ ν α ρ γ ῶ ς, ὥσπερ εἰσορᾷς ἐμέ.

Wecklinus coniecit *ἐναργής*, quia Sophocles aliis locis adiectivum praedicativum vice adverbii *ἐναργῶς* posuit; e. g. Trach. 223 *τάδ' ἀντίπρῳρα δή σοι βλέπειν πάρεστ' ἐναργῆ*, cf. O. C. 910. Sed ego quidem librorum memoriam secutus restituerim adverbium *ἐναργῶς*, quod ut scriberet Sophocles videtur mihi perductus esse voce *ὥ σ π ε ρ* quae sequitur (similia vide supra pg. 98); adde quod enuntiati sedem postremam tenet, ut vis eius augeatur de qua collocatione vide supra pg. 42 et 98; et cf. huic similem locum: Ai. 1391 *κακοὺς κακῶς φθείρειαν, ὥσπερ ἤθελον ... ἐκβαλεῖν ἀναξίως.*

El. 800 sq. exhibet cod. Laurentianus:

ἐμοῦ κ α τ α ξ ί ω ς πράξειας,

sed nonnulli codices deteriores praebent:

ἐμοῦ κ α τ' ἀ ξ ί α ν πράξειας,

quos secuti Bothius et Monkius scripserunt:

ἐμοῦ κ α τ ά ξ ι' ἂ ν πράξειας.

Sed B. Arnoldus auctoritate codicis L commotus coniecit:

ἐμοῦ γ' ἂ ν ἀ ξ ί ω ς πράξειας.

Apparet lectionem codicis L nescio quo modo depravatam esse ea causa quod optativus potentialis qui sensu postulatur, *ἂν* particula indiget. Omnino autem hoc loco codices recentiores Laurentiano praeferamus necesse est; nam supra pag. 100 vidimus verbum *πράττειν*, si obiecto caret, cum adverbio conexum apud Sophoclem semper ubique praeditum esse significatione intransitiva, quam tamen *πράξειας* hoc loco habere nequit. Quibus de causis cum Bothio et Monkio legendum esse censeo

ἐμοῦ κ α τ ά ξ ι' ἂ ν πράξειας,

quae iunctura optime respondet rationi dicendi Sophocleae; cf. pag. 101. Aliter res se habet

O. C. 911, ubi sincere traditum est

ἐπεὶ δέδρακας οὔτε σοῦ καταξίως.

Elmsleius proposuit *κατάξια* id quod mihi minus placet. Ego quidem retinebo *καταξίως* cuius generis adverbia aliis quoque locis poeta verbo *δρᾶν* adiunxerit, ut modum faciendi indicaret; cf. pag. 101.

Ai. 923 cod. L tradit

ὦ δύσμορ' αἴας, οἷος ὢν οἴως (m. pr. *οἷος*) *ἔχεις.*

Coniecerunt ne *οἴως* adverbium admitterent, Meklerus

ὦ δύσμορ', ἄτας οἷος ὢν οἵας ἔχεις,

Nauckius

ὦ δύσμορ' Αἴας, οἷος ὢν οἵων κυρεῖς,

C. F. Mueller

ὦ δύσμορ' Αἴας, οἷος ἀνθ' οἵου πέλεις,

alii alia. Quibus omnibus assentiri non possum, sed redeo ad verba tradita, quae et sensum aptum praebent et rationi dicendi huius poetae prorsus respondent. Verbum enim *ἔχειν* coniunctum cum adverbio saepissime occurrere docui pag. 101. Praeterea poeta si hoc verbum intransitivum alibi adverbiis non solum eis quae modalia vocamus, sed etiam pronominalibus adiunxit, quod docent exempla haec: Ant. 639 *οὕτω χρὴ ἔχειν.* Trach. 590 *οὕτως ἔχει ἡ πίστις.* Ant. 1179 *ὦδ' ἐχόντων.* El. 1339 *πῶς ἔχει τἀντεῦθεν.* El. 1344 *ὡς δὲ νῦν ἔχει, καλῶς τὰ κείνων πάντα.* El. 791 *ὡς ἔχει, καλῶς ἔχει,* non video cur adverbium *οἴως* quod recte formatum est, occasione data verbo *ἔχειν* adicere veritus sit.

Phil. 166 in codice L traditum invenimus

θηροβολοῦντα πτηνοῖς ἰοῖς στυγερὸν στυγερῶς,

id quod Brunckius et Meklerus mutaverunt in

θ. π. ἰ. σμυγερὸν σμυγερῶς.

Sed hoc quoque loco ego librorum memoriam sequar, quia verba *στυγερὸν στυγερῶς* ad sensum magis quadrare mihi videntur. Philoctetes enim qui propter morbum omnibus in

odium venerat, venatum it (= *θηροβολοῦντα στυγερόν*). Quae *στυγερόν* adiectivi vis ut augeatur, additur adverbium *στυγερῶς*, cuius modi iuncturas ponere Sophocli non raro placuit; cf. pag. 102. *Στυγερῶς* hoc loco quia significare non potest „auf (für andere) verhaßte Weise“ (cf. pag. 99), restat ut nobis vertendum sit fere „allein“ vel „unglücklich“ (sic Pape). In comparationem voco quod attinet ad huius loci sensum Phil. 265 *ἔρριψαν αἰσχρῶς ὧδ' ἔρημον*, et ad structuram Eur. Hel. 682 *τλάμονα τλαμόνως ἐπέλασ' Αἰγύπτῳ*, ubi *τλαμόνως* et ipsum aliter atque *τλάμονα* vertamus necesse est; transfero: „sie führte mich Arme unbarmherzig nach Ägypten“.

Superest ut ad Euripidem accedamus.

Euripides.

Inveni adverbia haec:

1. in dialogo:

**ἀβούλως:* Rhes. 761.
†ἀγεννῶς: I. A. 1458.
ἀγρίως: Hyps. pag. 37, 8.
**ἀδαπάνως:* Or. 1176.
ἀδίκως: Andr. 449; Hel. 281; El. 943 *(ἀ. ξυνών)*; Or. 648; fragm. 362, 11.
ἀέλπτως: Alc. 1134; El. 579.
ἀθλίως: Hel. 909, 1284 *(ἀ. ἔχοντα)*; Herc. Fur. 707 *(ἀ. πεπραγότα)*, 1365, 1375, 1385 *(ἀ. σωστέον)*; Ion 1226 *(ἀ. σπεύσασαν)*; Or. 87 *(ἀ. πεπραγότας)*, 295, 449 *(ἀ. πράσσουσιν)*.
**ἀθορύβως:* Or. 630.
**αἰσίως:* Ion 410; fragm. 747.
αἰσχρῶς: Alc. 955 *(al. ζῶντα)*; Andr. 576; El. 916, 1051; Heracl. 450; Herc. Fur. 1384; Suppl. 530; I. A. 1187 *(al. ἰών)*; Or. 99 *(al. λιποῦσα)*; Rhes. 82, 810; Troad. 773.
**ἀκινδύνως:* Rhes. 588.
ἀκλεῶς: Or. 786; Rhes. 761.
**ἀκουσίως:* El. 670; Troad. 1011 *(ἀ. μένουσα)*; Phoen. 433.
ἀκριβῶς: Med. 532; Rhes. 284; fragm. 684, 4.

ἀληθῶς: Alc. 802; Hel. 530, 709 (libri: *οὖσ' ἀλ.-;* F. G. Schmidtius, Herwerdenus: *ὡς ἀλ.-*) *(ἀ. οὖσα);* I. T. 509; Ion 265, 281; Or. 653, 739; Phoen. 636.

ἄλλως: Alc. 333 (vers. ineptus), 533 (*ἄλλως* suspectum); Hec. 302, 489, 626, 974; Hel. 615, 706, 755, 1106, 1421; El. 226, 1035; Herc. Fur. 318; Suppl. 417, 1224; Hipp. 301, 375 (libri: *ἄλλως;* Nauck: *ἄυπνος*); I. A. 491; I. T. 538; Ion 390 (libri: *ἀλλ';* Nauck: *ἄλλως*), 618; Cycl. 355; Med. 814, 1029, 1030; Or. 709; Rhes. 164, 271; Troad. 381 *(ἀ. ἐκθρέψαντες),* 476; Phoen. 359, 518, 590; fragm. 152, 3 (cod. FP, Meineke: *ἄλλως;* Hermannus, Fritzsche: *ἄλλοσ';* alia alii); 360, 27 *(ἀ. πεφυκότα);* 544 (SA: *ἄλλως;* M: *ἄλλων*); inc. fab. fragm. 1061, 1.

†*ἀμαθῶς:* Phoen. 874.

ἀμηχάνως: fragm. 572, 5.

ἀναγκαίως: Bacch. 1351; Hel. 512, 1399; Herc. Fur. 502, 859; I. A. 724; Cycl. 32; Or. 715 (vers. a Dindorfio damnatus); Phoen. 358; fragm. 757, 5.

ἀναιδῶς: Alc. 694.

ἀναξίως: Andr. 99 *(ἀ. εἰσπεσοῦσα);* Heracl. 235.

[*ἀνικετεύτως:* I. A. 1003; libri: *ἀνικέτευτος ἦς;* Nauck: *ἀνικετεύτως· εἶς*].

ἀνοίκτως: Troad. 756 *(ἀ. πεσών).*

ἀνοσίως: El. 677 *(ἀ. οἰκῶν).*

ἀξίως: Andr. 1274; Hec. 990; El. 1016; I. A. 507, 1225 *(ἀ. θάλλουσαν),* 1458, 1466 *(ἀ. λιποῦσα);* Med. 562; Troad. 1030, 1033; Phoen. 762.

**ἀπαιδεύτως:* Ion 247.

ἁπλῶς: I. A. 899; Rhes. 851.

ἀπόρως: I. A. 55.

‡*ἀπραγμόνως:* fragm. 787, 1.

ἀρτίως: Alc. 531, 840 *(ἀ. θανοῦσαν);* Hec. 954 *(ἀ. θανοῦσαν);* El. 793, 1241 *(ἀ. παύσαντε);* Hipp. 433, 907; Cycl. 637; Med. 1125, 1178; fragm. 821, 4 *(ἀ. δεδεγμένον).*

ἀσφαλῶς: Hec. 889; Hel. 893; Heracl. 730 *(ἀ. πορευτέον);* Herc. Fur. 1372; Suppl. 1231; Rhes. 147; Phoen. 117.

ἀτίμως: Andr. 634, 809; Med. 1208.

ἀφθόνως: fragm. 467, 5 *(ἀ. δεδευμένα).*

ἀφροντίστως: Med. 914.

βεβαίως: Herc. Fur. 1121 *(β. εὖ);* inc. fab. fragm. 963, 5 *(β. σῴζων).*

βιαίως: Heracl. 79; I. A. 1152 *(β. ἀποσπάσας);* Troad. 44, 356 (B C b: *αἰσίας*); fragm. dub. 1109, 5 (libri: *βιαία* vel *βιαίας;* Hermannus: *βιαίως*) *(β. στροβούμενοι).*

γενναίως: I. A. 1129, 1402; Ion 935; frgm. 97, 1.

**γνησίως:* Alc. 678 *(γ. γεγῶτα).*

**γνωρίμως:* El. 946.

δεινῶς: I. A. 1257, 1258; I. T. 552 (B: *δεινός*) *(δ. σφαγείς).*

δικαίως: Alc. 772; Hec. 1131, 1254; Heracl. 187; Suppl. 505; I. T. 798; Ion 371; Med. 87 (vers. suspectum habet Nauck Brunckio praeeunte); Troad. 904, 962 (Herwerden: *δικασθεῖσ'*); Phoen. 369 *(δ. ἀπελαθείς),* 1650; fragm. 684, 5.

**δισσῶς:* Phoen. 1337.

δυσκλεῶς: Hel. 993 (F. G. Schmidt: *δυσκλεεῖς*).

δυσκρίτως: fragm. 365.

**δυσλόφως:* Troad. 303.

†*δυσσεβῶς:* fragm. 825, 2 *(δ. ὠγκωμένον).*

δυστυχῶς: Andr. 576; Cycl. 93 *(δ. ἀφιγμένοι);* Rhes. 961.

ἐκδίκως: Alc. 41; fragm. 293, 3 *(ἐ. τιμωμένους).*

**ἑκουσίως:* Troad. 1037.

ἐλευθέρως: Alc. 1008; Heracl. 559; Cycl. 287; Or. 1170 (Nauck: *ἐλεύθερος*).

**Ἑλληνικῶς:* I. T. 660 (Nauck hoc adverb. absurdum habet, coni. *Ἑλληνικῶν* vel *-νικά*).

ἐμπέδως: I. A. 66 (libri: *εὖ δέ πως;* Nauck corr.).

ἐμφανῶς: Andr. 738; Bacch. 818; Heracl. 675; Suppl. 927; Hipp. 945; Or. 365 *(ἐ. κατασταθείς).*

ἐναισίμως: Alc. 1077.

ἐναντίως: fragm. 816, 5.

ἐνδεῶς: I. A. 978; inc. fab. fragm. 898, 8.

ἐνδίκως: Alc. 647; Andr. 920; Bacch. 1249; Hec. 263; El. 1050; Heracl. 485; I. A. 368 (vers. abesse malit Nauck; Hartungius olim proscripsit) *(ἐ. ἀδύνατοι);* Med.

267, 1232; Or. 505 *(ἐ. ἡγούμενος)*, 572, 1512, 1599 *(ἐ. πράσσων κακῶς)*; Troad. 35 (vers. spurium iudicat Nauck) *(ἐ. νομισθεῖσα)*, 961.

ἐξόχως: Bacch. 1235.

ἐπικινδύνως: fragm. 682, 1.

ἐτητύμως: Alc. 1124; Heracl. 997 *(ἐ. ἄνδρα ὄντα)*.

†εὐγενῶς: Cycl. 201; Troad. 727; fragm. 360, 1.

††εὐδαιμόνως: Or. 601.

εὐθέως: Hel. 389; fragm. 31,1.

*εὐκαρδίως: Hec. 549; I. A. 1560 (loco spurio?).

εὐκλεῶς: Alc. 292; Heracl. 534; Herc. Fur. 271; I. A. 1376; Rhes. 758.

*εὐλόφως: fragm. 175, 1 (cod. SMA: εὐλόγως; Meineke: εὐκόλως; Abresch: εὐλόφως).

εὐπρεπῶς: Alc. 161.

*εὐρύθμως: Cycl. 563.

*εὐστόχως: fragm. 613.

*εὐσχήμως: Hec. 569 (Plin. ep. 4, 11, 9: εὐσχήμων, quam veram lectionem habet Nauck).

εὐτυχῶς: Heracl. 499 *(εὐ. πεπραγότες)*; I. T. 1481; Phoen. 1206 *(εὐ. στερηθείς)*; fragm. 136, 3 (Nauck scripserit: εὐμενῶς; Dobree. volebat: εὖ τύχας; O. Hense: εὐφρόνως); Hyps. pag. 22, 20.

εὐφρόνως: Hipp. 793.

†εὐχερῶς: I. T. 1404 (B: ἐκ χερῶν; Nauck: εὐχερῶς) *(εὐ. προσαρμόσαντες)*.

ἡδέως: Bacch. 815; Hec. 424; I. A. 483, 1122 (vers. interpolatori tribuit Paley), 1596 (loco suspecto); Ion 647, 1602, 1613; Cycl. 453, 523, 565; Or. 356 (libri: ἡδέως; Nauck malit: ἄσμενος); Troad. 406, 869; fragm. 193, 2; 238, 1; 339, 1 (H. Stadtmüller: ἠπίως; F. G. Schmidt: εὐμενῶς); 402, 5.

ἠπίως: inc. fab. fragm. 951, 2.

ἡσύχως: Heracl. 7 (Elmsleius: ἡσύχῳ vel ἥσυχον); Suppl. 305 (Hartungius: ἥσυχος); Or. 698.

ἴσως: Alc. 182, 1036 (ἴσως suspectum); Bacch. 960; Hec. 359, 798 (Nauck: φύσει pro ἴσως), 824, 1024; Hel. 809,

825; El. 242, 399, 402, 518, 560, 659; Heracl. 261, 327, 692; Herc. Fur. 726; Hipp. 1007; I. A. 846 *(ἄμφω l.)*, 849, 1425; I. T. 517, 639 *(l. ἄελπτα)*, 1055; Ion 325, 555, 565, 575; Med. 625; Or. 711, 751 *(l. θυμούμενος)*; Rhes. 578 *(l. στήσων)*, 730; Troad. 407, 914; fragm. 97, 1 *(l. γενναίως)*; 513; 582, 3; inc. fab. fragm. 953, 4 (a b: *εσθισως*; Weil: *ἔστ' ἴσως*), 9 (P. Nikitin: *τυγχάνουσ'* pro *τυχὸν ἴσως*) *(l. ἄφρων οὖσα)*, 12 (a b: *ἴσως*; Wecklein: *καλῶς*).

**καινῶς*: fragm. 448, 1 (absurdum).

καιρίως: Hel. 909; Rhes. 339.

κακῶς: Alc. 704, 726, 961 bis *(κ. κλύοντι καὶ κ. πεπραγότι)*; Andr. 77, 180, 462, 693, 1006, 1283; Bacch. 196, 788, 1033 *(κ. πράσσουσιν)*; Hec. 56, 253, 293, 326, 845, 957, 1178, 1194 (vers. scriptura incerta); Hel. 162, 418, 464, 714, 968, 1215, 1392, 1448; El. 807 *(κ. πράσσοντας)*, 925, 1040, 1058; Heracl. 27 bis *(κ. πράσσουσιν)*, 56 *(κ. φρονῶν)*, 171 (Hermannus: *καλῶς*), 413, 450, 718, 874 *(κ. ὀλουμένου)*, 958; Herc. Fur. 173, 202 *(κ. δρῶντα)*, 239, 727 *(κ. δρῶν)*, 829, 1113 *(κ. πράσσων)*, 1220, 1292, 1313, 1426; Suppl. 298 (vers. spurium iudicat Nauck), 880 *(κ. κλύουσα)*, 911, 1195; Hipp. 321 *(κ. δρῶσα)*, 681, 951; I. A. 367, 378, 383, 395 *(κ. παγέντας)*, 541, 1252; I. T. 522 *(κ. ἐλθοῦσα)*, 691; Ion 1046, 1330 *(κ. πάσχοντες)*; Cycl. 261, 268, 694; Med. 38 *(κ. πάσχουσα)*, 55 *(κ. πίτνοντα)*, 250 *(κ. φρονοῦντες)*, 280, 364, 458 *(κ. λέγουσα)*, 464, 470 *(κ. δράσαντα)*, 474 *(κ. λέξασα)*, 507, 533, 567, 788, 805, 815 *(κ. πάσχουσαν)*, 892, 1014 *(κ. φρονοῦσα)*, 1302, 1386 (vers. ut suspectum notavit Nauck); Or. 560, 721 *(κ. πράσσων)*, 1296, 1553 *(κ. πράσσοντας)*, 1599 *(κ. πράσσων)*; Rhes. 473, 683 *(κ. δράσας)*, 756, 804 *(κ. πεπραγότος)*, 981; Troad. 73, 446, 608 *(κ. πεπραγόσι)*, 629, 649, 914, 1054, 1055; Phoen. 379, 381, 1624 *(κ. πράσσων)*, 1649 *(κ. εἰρημένα)*; fragm. 31, 2; 36, 1 *(κ. λέγων)*; 81, 1 *(κ. πεπραγότας)*; 130, 1 *(κ. πεπραγότων)*; 165, 1 *(κ. πεπραγότες)*; 199, 2; 275, 1; 285, 17 *(κ. ἔχων)*; 362, 12 (Stob. Flor. 3: *ἀδίκως*) *(κ. ἐσελθόντα)*; 406, 2 *(κ. πράσσοντας)*; 409, 2 *(κ. πράσσουσιν)*; 483, 2, 4; 499, 2

(Enger: *κακάς;* alia alii); 596; 720; 773, 7; inc. fab. fragm. 915, 1 *(κ. ὀλουμένη);* 957 *(κ. πεπραγότα);* 1027, 2; 1049, 4; 1091; 1092; fragm. dub. 1109, 4; Hyps. p. 35, 2; Melan. 2; 23.

καλῶς: Alc. 291, 292, 312, 1104; Andr. 221 (vers. deleri iussit H. Hirzelius), 242 *(κ. χρωμέναισιν)*, 815 *(κ. πράξασα);* Bacch. 287, 330, 334, 818, 826, 953, 1263, 1300 *(κ. συγκεκλημένον);* Hec. 19, 329 *(κ. τεθνηκότας)*, 378 (vers. suspectus), 382, 600, 732, 820, 834 *(κ. δρῶν)*, 854, 875, 957 *(κ. πράσσοντα)*, 1007; Hel. 141, 158, 298, 441, 761, 1273, 1579; El. 76, 273, 330, 403, 640, 648, 816, 954, 965, 1015, 1080, 1101 (vers. hoc loco incommodus) *(κ. πίπτοντα);* Heracl. 240, 346, 391, 398, 568, 726, 747, 812, 982; Herc. Fur. 300 *(κ. τεθραμμένοις)*, 599; Suppl. 248, 254 *(κ. πράξας)*, 313, 332, 452 (libri: *καλῶς;* Nauck: *καλόν)*, 464, 527 *(κ. ἔχον)*, 529, 728 *(κ. πράσσων)*, 1082; Hipp. 50, 291, 298, 309, 406, 469 (Marklandus, Valckenarius: *κανών)*, 505, 521, 597 *(κ. ἰωμένη)*, 694, 706, 709, 715, 1035 (vers. ut spurium notavit Nauck), 1318 *(κ. φρονῶν);* I. A. 107, 108 *(καλῶς* suspectum), 401, 403, 441, 618, 724 (Heath: *κακῶς)*, 738, 829, 928, 929, 969, 1009, 1206, 1252, 1377, 1460, 1626 (loco spurio?); I. T. 353 (libri: *κακῶς;* Seidler: *καλῶς) (κ. πράξαντες)*, 467, 597, 604, 668, 766, 909, 1051, 1055, 1057, 1180, 1185, 1195, 1220; Ion 417, 648, 730, 858, 1135 *(κ. φυλάξας)*, 1312, 1410 (vers. vix sanus), 1513, 1595; Cycl. 158, 344, 631 *(κ. διάπυρος);* Med. 228, 312, 500, 504, 559, 588, 732 (vers. suspectum habet Nauck), 756, 777 (vers. susp.), 779 *(κ. ἐγνωσμένα)*, 879 *(κ. ποριζόντων)*, 935, 975 *(κ. πράξαντες);* Or. 110 (B: *καλῶς)*, 127 *(κ. κεκτημένοις)*, 512, 705, 901, 1106 (Heimsoeth. ex schol.: *ἐν εὐμαρεῖ* pro *ἔσται καλῶς)*, 1131, 1152 bis *(κ. θανόντες ἢ κ. σεσωσμένοι)*, 1216, 1278, 1526, 1603, 1664; Rhes. 108 (Nauck malit *καλόν;* Herwerdenus vers. deleri iussit); Troad. 94, 268, 402 bis, 968; Phoen. 731, 1202, 1212; fragm. 9,2; 21,4; 25,1; 28,2; 282,17 *(κ. παῖσας);* 287,3; 333,1; 347,3; 361,1 et 2 *(κ. τεθνηκότας);* 402,1; 443,2 *(κ. πράσσουσιν);* 460,2 *(κ. κρύπτοντα);* 564,1; 575,2;

578,5; 644,1; 707; 743,1; 798,1 *(κ. πράσσουσα)*; 822,2; 832,2; inc. fab. fragm. 894 *(κ. εὐδαίμονα)*; 917,1; 953,24 *(κ. ἔχον)*, 37 *(κ. κρίνασα)* (a b: *κακῶς*; Blass: *καλῶς)*; 973; 1034,4 *(κ. ὠγκωμένοις)*; 1058,1; 1065,1; fragm. dub. 1131,3.

**κοινῶς*: Ion 1462.

κούφως: Med. 449 *(κ. φερούσῃ)*, 1018.

λαθραίως: El. 26 (vers. suspectum habet Nauck); Ion 806 *(λ. φροῦδος)*; fragm. 696,5.

λυπηρῶς: Bacch. 1263.

**λυπρῶς*: Suppl. 898; Troad. 637; Phoen. 1207 *(λ. στερηθείς)*.

ματαίως: inc. fab. fragm. 908,4.

**μέσως*: Andr. 873 *(μ. εὐδαίμονος)*; Hec. 1113; Herc. Fur. 58 *(μ. εὔνους)*.

**μετρίως*: Herc. Fur. 709; I. A. 921; fragm. 46,2.

οἰκτρῶς: Andr. 400 *(οἰ. πυρούμενον)*; Hec. 339; Rhes. 892 *(οἰ. ὁρῶσα)*.

ὁμοίως: Alc. 71 (vers. proscripsit Dindorf); Bacch. 192 (Elmsley: *ὁμοίαν)*; Herc. Fur. 1371; I. A. 65; I. T. 489; Troad. 641; fragm. 360,9 (Plutarch.: *ὁμοίως*; Lycurg.: *ὁμοίαις)*; 428,2; Melan. 26.

ὀρθῶς: Alc. 636; Andr. 377 *(ὀ. φίλοι)*; Bacch. 838, 938, 1062, 1279; Hel. 322, 565, 955 *(ὀ. ζητοῦντα)*, 1226, 1642; El. 373; Heracl. 745 *(ὀ. ἔχον)*; Herc. Fur. 56 *(ὀ. ὄντες σαφεῖς)*, 1262, 1345; Suppl. 335, 418, 496; Hipp. 94, 1170; I. A. 507, 923; I. T. 542, 610 *(ὀ. φίλος)*, 1476; Ion 570, 572 (L. a Sybel: *ἄρτι*), 745, 1025; Cycl. 676; Or. 100; Rhes. 327; Troad. 990; Phoen. 155, 930; fragm. 55; 97, 1; 264, 1 *(ὀ. πρασσόμενα)* bis; 287, 3; 362, 1; 376, 2 *(ὀ. σταθμήσαντα)*; 417, 1; 445, 1; 781, 12 (lectio incerta); inc. fab. fragm. 897, 11; Hyps. p. 34, 12, 15; Cret. 8 *(ὀ. μάχλος)*.

παγκάκως: Hipp. 407; Med. 1135.

παγκάλως: fragm. 285, 7 (scriptura inc.).

**παλιγκότως*: fragm. 572, 2.

πάντως: Alc. 650; Bacch. 672; El. 227; Hipp. 1062; I. A. 1002, 1118 (loco interpolatori a Paleio tributo); Med.

1062 (vers. spurius), 1064, 1240; Or. 1163, 1300 *(π. ἐπίκουρον)*; Cret. 5 *(π. δῆλον)*.

*παρανόμως: Med. 1121 *(π. εἰργασμένη)*.

περισσῶς: Med. 295 *(π. σοφούς)*.

πικρῶς: Andr. 190, 1002 (Nauck malit πικράν); Suppl. 762; Ion 610, 613 (vers. suspectus); Troad. 964.

*πλουσίως: Alc. 56.

προθύμως: fragm. dub. 1132, 48.

ῥᾳδίως: Andr. 232, 340, 744, 975; Bacch. 614, 640; Hel. 829, 1554; Heracl. 268, 1022; Herc. Fur. 313; Suppl. 159, 1186 *(ῥ. μεθείς)*; Hipp. 1441; I. A. 447; Med. 44; Or. 701; Troad. 670 (locus a Dindorfio damnatus), 717; fragm. 20, 2; 360, 54.

σαφῶς: Andr. 896, 1053; Bacch. 477, 1086 *(σ. δεδεγμέναι)*, 1271; Hel. 308, 536, 701, 1416; El. 101, 617; Heracl. 180, 872; Herc. Fur. 1108; Suppl. 852; Hipp. 346, 589; I. A. 475, 1540 (loco suspecto), 1582 (ibidem), 1608 (ibid.); I. T. 1156, 1162, 1323 *(σ. ἀθρήσας)*; Med. 220, 691; Or. 730 *(σ. ἰδών)*, 1393; Rhes. 755; Troad. 625; Phoen. 141, 161, 904, 1590; fragm. dub. 1132, 29, 42 *(σ. ἔχοντα)*; Hyps. pag. 45,15.

σεμνῶς: Ion 1133.

σκεθρῶς: fragm. 87, 2.

*σκληρῶς: fragm. 282, 9.

σοφῶς: Alc. 699; Heracl. 558; Hipp. 1076.

†συγγενῶς: Herc. Fur. 1293 *(σ. δύστηνος ὤν)*.

†συνετῶς: I. A. 466 (Piersonus: συνετοῖς).

συνεχῶς: I. A. 1008 *(σ. ὠφελῶν)*.

σφοδρῶς: fragm. dub. 1132, 36.

σωφρόνως: Bacch. 686 *(σ. βαλοῦσαι)*; Hel. 1657; Heracl. 1007; Phoen. 1112 *(σ. ἄσημα)*.

τλημόνως: Suppl. 947 (vers. ut suspectum notavit Nauck); I. A. 1165; Troad. 40.

τορῶς: Rhes. 77, 656 *(τ. ἀκούσας)*, 737.

τρανῶς: El. 758.

ὑπερκότως: Herc. Fur. 1086.

*ὑπερμέτρως: fragm. 418, 1.

φαύλως: Herc. Fur. 89; I. A. 850, 897; Ion 1546; Rhes. 769; Phoen. 112 (Nauck: *φαῦλος*); fragm. 781, 58.

φίλως: Hipp. 597 *(φ. ἰωμένη);* Or. 100.

†*ψευδῶς:* Suppl. 403; I. A. 1005 (locus ab anonymo Anglo damnatus); I. T. 1309.

Adverbia a participiis derivata:

‡*ἀραρότως:* Med. 1192.

‡*ἀρεσκόντως:* I. T. 581.

ἀρκούντως: Hec. 318; Rhes. 499 *(ἀ. θρασύς).*

εἰκότως: Hec. 403 *(εἰ. θυμουμένοις);* I. A. 457; I. T. 911, 1186; Ion 611, 1538; Or. 737 (Hermann: *εἰκὸς ἦν*); fragm. 811 (Theodor.: *ἐοικότως*); inc. fab. fragm. 953, 37.

**μεμηχανημένως:* Ion 809.

‡*ὄντως:* Herc. Fur. 610; I. A. 1622 (loco suspecto); fragm. 248, 2 (F. G. Schmidt: *πάντως*).

πρεπόντως: Rhes. 202.

Adverbia a comparativis et superlativis formata:

**ἐνδικωτέρως:* Heracl. 543.

**εὐλαβεστέρως:* I. T. 1375 *(εὐ. ἐπισταθέντες).*

‡‡*μειζόνως:* Hec. 1121; Rhes. 849 (Nauck: *μείζονα*) *(μ. παθόντες).*

**σωφρονεστέρως:* I. A. 379 (Markland ex Stobaeo reposuit) *(σ. ἀγαγών).*

2. in canticis:

ἁβρῶς: Med. 830 *(ἁ. βαίνοντες).*

ἄλλως: Hipp. 535 bis; I. A. 800.

**ἀνόμως:* Med. 1000 *(ἀ. προλιπών).*

†*ἀπαθῶς:* Hel. 1154 (loco corrupto) *(ἀ. καταπαυόμενοι).*

ἀρτίως: Hel. 626.

βιαίως: Heracl. 366; Hipp. 813 (Elmsleius: *βιαίῳ*) *(β. θανοῦσα);* Rhes. 901 *(β. ἀντομένου).*

δικαίως: El. 878 *(δ. καθελόντες),* 1189; Heracl. 773 *(δ. ἐπάγοντα).*

ἐνδίκως: Heracl. 767.

**ἐντόνως:* Cycl. 609.

ἐτύμως: Or. 1357.

κακῶς: Alc. 247 *(κ. πεπραγότας)*; Cycl. 619; Rhes. 718.
καλῶς: Heracl. 369.
μεγάλως: Med. 183; Troad. 843.
ὁμοίως: Alc. 998.
ὀρθῶς: I. A. 559 (loco graviter corrupto) *(ὀ. ἐσθλόν)*.
**ὁσίως:* Suppl. 63 *(ὁ. προσπίπτουσα)*.
πανδίκως: Rhes. 720.
πάντως: Cycl. 494 *(π. τυφλός)*; Med. 853 *(π. πάντῃ)*; Troad. 287 (libri: *πάντων*; Hermannus: *πάντως*).
περισσῶς: Bacch. 1197 *(π. λαβοῦσαν)*.
ποικίλως: Bacch. 888.
σαφῶς: Or. 1360.
σοφῶς: Bacch. 1190.
τλαμόνως: Hel. 682.
τορῶς: Ion 696.

Adverbia a participiis derivata:
(‡)*ὄντως:* Ion 223.

3. in anapaesticis partibus:

ἀγανῶς: I. A. 601 (locus a Dindorfio aliisque damnatus).
ἀδίκως: Troad. 791; fragm. 839, 7.
ἀέλπτως: Alc. 1160; Andr. 1285; Bacch. 1389 (in versibus ab Euripide alienis); Hel. 1689 (locum suspectum habet Nauck); Hipp. 1463; Med. 1416.
αἰσχρῶς: Med. 167.
ἀκλεῶς: Rhes. 752.
ἄλλως: Heracl. 704; Hipp. 197, 1367.
δεινῶς: Bacch. 1374 (loco ab Euripide alieno).
‡*ἐνδελεχῶς:* fragm. 593, 5.
εὐφήμως: fragm. 592, 2.
ἴσως: Med. 1088.
καθαρῶς: Heracl. 1055; Rhes. 35.
καλῶς: Ion 867; Med. 1101.
μεγάλως: Med. 123 (libri: *εἰ . . . μεγάλως*; Th. Barthold.: *ἐπὶ . . . μεγάλοις*).
οἰκτρῶς: Hec. 92 (libri: *ἀνάγκᾳ οἰκτρῶς*; Porson: *ἀνοίκτως*) *(οἰ. σπασθεῖσαν)*; Troad. 142 *(ἐκπορθηθεῖσ' οἰ.)*.

(*)*ὁσίως*: Hipp. 1287 *(ὁ. ἀποκτείνας)*.
**ὀχυρῶς*: Med. 124.
**σφαλερῶς*: I. A. 600 (locus a Dind. aliisque damnatus).
τρανῶς: Rhes. 40.
χαλεπῶς: Hipp. 203; Med. 121.

Adverbia a participiis derivata:
(‡)*ἀρεσκόντως*: I. T. 463.

1. De adverbiorum apud Euripidem frequentia.

Ex tabella quam pg. 17 exhibui apparet Euripidem adverbia in *-ως* cadentia saepius quam Sophoclem adhibuisse neque tamen magnam frequentiam qua apud Aeschylum usurpantur, assecutum esse. Cuius rei exstant causae eaedem quae apud Sophoclem: Euripides quoque inflatam elocutionem Aeschyleam aspernatus urbano et expedito sermone uti solebat, quo factum est ut in adverbiis inveniendis quam parcissimus esset. Itaque nobis cavendum est, ne in illis quae asterisco supra pg. 105—115 notavi, adverbia ab Euripide novata agnoscamus. Sunt enim inter ea non pauca quae apud eiusdem aetatis scriptores occurrunt; e. g. Herodot. III 71: *ἀβούλως*; IV 108: *Ἑλληνικῶς* (I. T. 660 ego quidem librorum memoriam secutus retinuerim hoc adverbium cuius loco Nauckius proposuit *Ἑλληνικῶν* vel *-νικά*); Antiphon V 7: *ὁσίως*; V 94, 96: *παρανόμως*; I 5: *ἀκουσίως* et *ἑκουσίως*; II *β* 10: *ὄντως*; II *δ* 7: *ἀκινδύνως*; IV *α* 2: *ἀνόμως*; Thucydid. VI 17, 4: *κοινῶς*; VI 87, 4: *ἀπραγμόνως*; I 140, 1: *ἀμαθῶς*; II 35, 2: *μετρίως*; V 70: *ἐντόνως*.

Praeterea facile conicias poetam plurima quae offert adverbia ex ore populi in sermonem suum induxisse; dico *ἀραρότως*, *ἀρεσκόντως*, *γνησίως*, *γνωρίμως*, *καινῶς*, *κοινῶς*, *λυπρῶς*, *μέσως*, *μετρίως*, *ὄντως*, *πλουσίως*, *ψευδῶς*, *ὀχυρῶς*, *σφαλερῶς* sim.; eundemque ad vulgarem sermonem interdum revera descendisse demonstravit O. Lautensach in „Grammat. Studien“ vol. II p. 161. Denique respiciendum est primum ab Euripide adhibita esse adverbia composita non pauca, quorum a stirpibus alia composita iam prioribus temporibus formata erant; huc spectant adverbia *ἀβούλως* (Aeschylus: *ἀπρο-* et *εὐβούλως*); *ἀγεννῶς*, *εὐ-* et *συγγενῶς* (Aeschylus: *γενναίως*,

Sophocles: ἐγγενῶς); ἀκινδύνως (Sophocles: ἐπικινδύνως); δυσσεβῶς (Sophocles: εὐσεβῶς); παγκάλως (Homerus: καλῶς); παλιγκότως (Aeschylus: ὑπερκότως); συνετῶς (Sophocles: ἀνετῶς). Sed re vera novavisse poeta videtur adverbia pauca haec: ἀδαπάνως, ἀθορύβως, ἀπαιδεύτως, δυσ- et εὐλόφως, ἐνδελεχῶς.

Dialogi sermonem usui adverbiorum favisse supra pg. 79 et 86 sqq. et 102 vidimus; sed maxime indigebant interrogationes et responsiones, quae per singulos versus incedunt, adverbiis quippe quae brevitate sua commendabantur quam maxime. Quod ut illustrem, enotavi ex his dialogi partibus adverbia haec:

I. A. 1458: ἀγεννῶς et ἀξίως, 1460: καλῶς, 1466: ἀξίως.

I. A. 724: καλῶς ἀναγκαίως τε· συνενέγκοι δ'ὁμῶς.

Hec. 1254: οὔκουν δικαίως, εἴπερ εἰργάσω κακά.

Or. 737: εἰκότως, 739: ὡς ἀληθῶς, 740: ὅμως, 751: ἴσως, 778: πῶς, 781: ὧδε, 786: ἀκλεῶς.

Or. 91: οὕτως, 99: αἰσχρῶς, 100: ὀρθῶς et φίλως, 110: καλῶς.

Bacch. 814: λυπρῶς, 815: ὅμως et ἡδέως, 818: ἐμφανῶς et καλῶς, 826: πῶς et καλῶς, 838: ὀρθῶς, 840: πῶς.

Accedit quod poeta adverbiis ὀρθῶς et καλῶς sine copulatione usus est, ut affirmationem significaret, ὀρθῶς: Bacch. 838; Hipp. 94. καλῶς: Herc. Fur. 599; Ion 417; Or. 1216. His locis supplendum est ἔχει vel λέγεις.

Eiusmodi stichomythiae quae vocantur abundant vocibus et figuris quae artis oratoriae propriae sunt; qua re explicatur et ipsos oratores plurima adverbia adhibere coactos esse, quae spississima apud Antiphontem et Isocratem occurrunt; cf. pag. 17.

Euripidem in millenis dialogi versibus non plura quam sex adverbia diversa adhibuisse mirum non videbitur, si amplitudinem respexeris eius tragoediarum quae ad nos pervenerunt. Nam quo ampliores sunt libri, eo pauciora pro versuum numero adverbia diversa apud scriptores exstant; eadem causa Thucydides millenis in versibus septem tantummodo adverbia admisit; cf. tabellam pag. 17 constitutam.

Leges artis metricae hic poeta cum licentius quam ceteri observaret, versui iambico inserere potuit adverbia ea quoque

quae Aeschylus omnino non, Sophocles raro usurpaverunt; dico *ἀδαπάνως*: Or. 1176; *ἀθορύβως*: Or. 630; *ἀνοσίως*: El. 677, cf. Soph. Phil. 257; *ἀπόρως*: I. A. 55; *μετρίως*: Herc. Fur. 709, I. A. 921; *παρανόμως*: Med. 1121; *συνετῶς*: I. A. 466.

Ratio frequentiae adverbiorum in diverbiis et in canticis occurrentium fere eadem est quae apud priores poetas tragicos. Notandum est adverbium in omnibus stasimis non saepius quam 14iens cum verbo finito conexum esse. Itaque adverbia etiam pauciora in canticis Euripideis admissa sunt quam in canticis Sophoclis et Aeschyli, id quod eo quoque fortasse explicatur quod continent non raro narrationes quae ad actionem tragoediae nihil pertinent; cuius generis luculenta exempla praebent Phoenissarum versus 638 sqq. et 1018 sqq.

Quaenam voces sive structurae in his partibus adverbiis substitutae sint, doceant in exemplum duo stasima Herculis Furentis, cuius fabulae in canticis ne unum quidem adverbium occurrit.

Vers. 348—441:

350. *τὰν καλλίφθογγον κιθάραν ἐλαύνων*, ubi *καλλίφθογγον* epitheton ornans ponitur pro *εὐρύθμως* vel *ἐννόμως* s. *ἐμμελέως*.

356. *ὑμνῆσαι δι᾽ εὐλογίας θέλω*: *δι᾽ εὐλογίας* pro *εὐλόγως* vel *εὐφήμως*.

366. *ἔστρωσεν τόξοις φονίοις* (pro *θανασίμως*).

382. *φονίαισι φάτναις ἐθόαζον*.

383. *ἀχάλινα* (fere pro *ἀγρίως*) *ἐθόαζον χαρμοναῖσιν* (pro *ἁρπαλέως*) *ἀνδροβρῶσιν*.

398. *ἄπλατον* (eodem sensu quo *δυσπαλάμως*) *ἀμφελικτὸς ἕλικ᾽ ἐφρούρει*.

407. *κατέσχεν οἴκους εὐανορίᾳ* (pro *εὐτόλμως*, *ἀνδρείως*).

425. *ἀγάλματ᾽ εὐτυχῆ* (pro *εὐτυχῶς*) *διῆλθε*.

428. *ἐκπεραίνει τάλας* (= *δυστυχῶς*) *βίοτον*.

433. 434. *ἐπιμένει πλάτα κέλευθον ἄθεον* (= *ἀθέως*) *ἄδικον* (= *ἀδίκως*).

440. *παρέσταν ἀλκᾷ* (= *ἀλκίμως*).

Vers. 637—700:

641. σκοτεινὸν (pro σκοτεινῶς) φάος ἐπικαλύψαν.
657. δίδυμον (= δισσῶς) ἂν ἧβαν ἔφερον.
663. ἁπλᾶν (= ἁπλῶς) ἂν εἶχε βιοτάν.
667. ἴσον (= ὁμοίως) ἅτε.
671. εἱλισσόμενός (eadem fere notione qua ἀκόσμως s. ἀθέτως) τις αἰὼν αὔξει.
675. συγκαταμιγνὺς ἁδίσταν συζυγίαν (accusativi pro μάλ' ἡδέως).
676. μὴ ζῴην μετ' ἀμουσίας (haec figura pro ἀπομούσως).
690. εἱλίσσουσαι καλλίχορον (pro καλῶς χορούς).

Praeterea ex Euripidis fabulis nonnullos locos enotavi, quibus accusativi adiectivorum neutrius generis audacissime adverbialiter positi sunt;

ex dialogis:

ἄκαιρα: Hel. 1081 τότε δ' ἄ. ἀπώλλυτο.
ἄκραντα: Bacch. 435 οὐδ' ἄ. ὡρμήσαμεν.
ἀνερμήνευτα: Ion 255 ἀ. δυσθυμεῖ.
ἄνομα: Phoen. 380 ἄ. τεκεῖν ἐμέ.
ἀνόνητα: Hec. 766 ἀ. ἔτεκεν, cf. El. 507.
ἀσύνετα: Phoen. 570 ἀ. ἦλθες.
ἄτρεστα: Ion 1198 ἄ. ναίουσι.
ἔρημα: Suppl. 775 ἔ. κλαίω.
εὐπαίδευτα: Or. 410 εὐ. ἀποτρέπει λέγειν.
κρυφαῖα: Ion 1371 κ. νυμφευθεῖσα.
μάταια: Phoen. 1666 μ. μοχθεῖς.
πολιά: Hel. 283 π. παρθενεύεται,

ex canticis:

ἀδόκητα: Phoen. 311 φανεὶς ἀ.
ἄελπτα: Phoen. 311 φανεὶς ἄ.
ἀνυμέναια: Phoen. 347 ἀ. Ἰσμηνὸς ἐκηδεύθη λουτροφόρου χλιδᾶς, cf. Soph. El. 962.
ἀπαρθένευτα: Phoen. 1739 ἀ. ἀλωμένα.
ἀσπούδαστα: I. T. 201 σπεύδει ἀ.
δόλια: I. T. 859 δ. ὅτ' ἀγόμαν.
δόχμια: Or. 1261 δ. κόρας διάφερε.

λαιψηρά: Ion 717 *λ. πηδᾷ.*
ὅσια: Ion 1501 *ὅ. ἔθνησκες.*
παρθένια: Ion 1489 *π. ἐξῆψα.*
πρόθυμα: Herc. Fur. 113 *π. ἐστάλην.*
σκότια: Phoen. 336 *σ. κρύπτεται,* cf. 1746.
τρομερά: Herc. Fur. 113 *ἐστάλην τ.*
χρόνια: Or. 151 *χ. πεσὼν εὑτάζεται.*

Quod ad usum adverbii in singulis fabulis obvium attinet, haec collegi:

tragoedia:	composita siv. data anno:	continet in versibus:	adverbia:	eaque in dialogo	in reliquis partibus:	millenis in versibus:
Alcestis	438	1163	35	32	3	circ. 30
Medea	431	1419	68	57	11	„ 48
Hippolytus	428	1466	42	34	8	„ 28
Hecuba	circ. 426	1295	43	42	1	„ 33
Andromach.	circ. 425	1288	30	29	1	„ 23
Heraclid.	circ. 425	1055	47	41	6	„ 44
Herc. Fur.	post 424	1428	36	36	0	„ 25
Supplices	421—420	1234	33	32	1	„ 26
Troades	415	1332	45	41	4	„ 34
Cyclops	post 420	709	20	17	3	„ 28
Iph. Taur.	ante 412	1499	39	38	1	„ 26
Ion	circ. 412	1622	43	40	3	„ 26
Electra	413	1359	43	41	2	„ 31
Helena	412	1692	49	45	4	„ 29
Phoeniss.	ante 405	1766	29	29	0	„ 16
Orestes	408	1693	52	50	2	„ 30
Bacchae	post 406	1392	36	30	6	„ 28
Iph. Aul.	post 406	1629	72	70	2	„ 44
Rhesus	?	996	37	31	6	„ 37

His numeris computatis satis elucet Euripidem prout res postulabat adverbia quae illis temporibus usitatissima erant, adhibuisse. Quod ut facilius cognoscas, haec adfero. Primo enim obtutu sub oculos cadit in Phoenissis longe paucissima adverbia

admissa esse; eius autem rei causa mea quidem sententia posita est in eo quod diverbia huius tragoediae abundant descriptionibus et narrationibus[1], quibus opus erant non tot adverbia quot dialogi sermonibus. Nam exstant adverbia in

vers. 1—87 narrationem prologi continentibus: nullum;

vers. 469—496 quibus Polynices quae ante fabulae actionem facta sunt, enarrat: nullum;

vers. 865—895; 931—959 quibus Tiresias oraculum nuntiat: unum;

vers. 985—1018 quibus Menoeceus chorum de suo consilio certiorem facit: nullum;

vers. 1090—1199 quibus pugna ante muros Thebarum commissa depingitur: unum;

vers. 1217—1263 quibus ab eodem nuntio describitur quo modo certamen fratrum futurum praeparetur: nullum;

vers. 1356—1424 quibus alter nuntius fratrum caedem alternam refert: nullum;

vers. 1427—1479 quibus idem nuntius finem pugnae describit: nullum.

Contra in Medea quae tragoedia diverbiis abundat, occurrunt millenis in versibus ter sena dena adverbia. Quem adverbii usum diversum in singulis libri partibus obvium ut clariorem efficiam, etiam haec exempla e Thucydidis historiis afferam: vol. I pag. 318—324, 325—330 (narratio) continent tria adverbia, sed pag. 330—333 (oratio) quindecim vel pag. 363—367 (oratio) quindecim; pag. 150—161 (narratio) duo adv., sed pag. 161—170 (oratio) duodeviginti.

2. De significatione adverbiorum.

Euripides adverbia affectum continentia adhibuit haec: *ἀγρίως, ἀκουσίως, ἀνοίκτως, ἑκουσίως, εὐκαρδίως, εὐφρόνως, ἡδέως, ἠπίως, ἡσύχως, λυπηρῶς, λυπρῶς, οἰκτρῶς, ὑπερ-* et *παλιγκότως, πικρῶς, προθύμως, φίλως.* In plurimis artibus

1) cf. E. Henning, De tragicorum atticorum narrationibus, diss., Gottingae a. 1910.

grammaticis regulam constitutam invenimus, quae huius modi adverbia quae in nostra lingua usurpantur, Graece adiectivo praedicativo verti iubeat. Sed ad poetas quos tractavi si retro spectamus, apud omnes haec adverbia modo rarius, modo saepius admissa videmus. Sed etiam scriptores orationis solutae minime ea evitaverunt id quod doceant exempla haec: Antiphon usurpavit *ἀκουσίως, ἑκουσίως, ἀνελεημόνως, ἀνοικτίστως*; Thucydides *ἀκουσίως, ἀπροφασίστως, ἀνεπαχθῶς, ἀπαραιτήτως, ἑτοίμως, εὐοργήτως, θαρσαλέως, ἑκουσίως, ἡδέως, προθύμως*; Isocrates in Panegyrico: *εὐμενῶς, φιλανθρώπως, φιλοξένως, ἀθύμως, ἑτοίμως, ἀσμένως, δυσμενῶς, ἡδέως, δυσκόλως, προθύμως.* Quae cum ita sint, illam legem quam dixi non satis firmatam esse censeo; mea quidem sententia rectius dici potest Graecos ut affectum quo quid agitur indicarent, et adverbia et adiectiva praedicativa adhibuisse. Quod autem adiectiva praedicativa ab iis pro adverbiis ponebantur, eius rei causa sita fuit non solum in notione adiectivi, sed etiam in formatione adverbii. Valet illa lex quam maxime in adiectivorum *ἄκων, ἑκών* usurpatione id quod factum esse puto non eo quod affectum quendam contineant, sed quod Graecis a stirpibus in *τ* cadentibus adverbia formare omnino displicuit; ea enim affectus adverbia quae a stirpibus in *ο* exeuntibus derivata sunt, non raro occurrunt. Non desunt sane loci quibus etiam haec adiectiva stirpium in *ο* exeuntium praedicative posita vice adverbiorum usurpentur, sed ego hunc usum analogia adiectivorum *ἄκων, ἑκών* duce ortum esse conicio.

Huc referendum est *τάλας* quoque adiectivum quod eadem de causa proprio adverbio caruit; sed a *δυστυχής* quamquam eandem notionem habet, tamen adverbium *δυστυχῶς* formatum est. Simile quid observatur in adiectivo *μέγας* cuius a stirpe adverbium derivare non ausi sunt; quin etiam *μεγάλως* adverbium stirpis in *ο* cadentis usu receptum non est; invenitur enim apud Homerum bis, Hesiodum semel, apud poetas elegiacos, iambicos, melicos nusquam, apud Aeschylum semel, Sophoclem nusquam, Euripidem ter, apud Antiphontem et Thucydidem nusquam. Huic adverbio substitutae sunt formae neutrius generis *μέγα, μεγάλα* quae usu tam tritae fuerunt, ut longum sit totum exemplorum numerum exhaurire; sufficiat e poetis

tragicis enotasse pauca exempla haec: Aesch. Ag. 1271 *καταγελωμένην μέγα.* Soph. Ai. 1122 *μέγ' ἂν κομπάσειας.* Eur. I. T. 957 *μέγα στενάζων,* id. Cycl. 198 *μεγάλ' ἂν στένοι.* Aesch. Eum. 936 *μέγα φωνοῦνται.* Soph. Ai. 1088 *μέγα φρονῶ.* Aesch. Eum. 12 *σεβίζουσιν μέγα,* id. Cho. 255 *τιμῶντος μέγα.* Soph. Ai. 1385 *ἐφυβρίσαι μέγα,* id. O. T. 1023 *ἔστερξεν μέγα.* Aesch. Eum. 951 *μέγα δύναται.* Eur. Andr. 332 *ἰσχύει μέγα.* Soph. O. C. 734 *σθένουσαν μέγα.* Eur. Hipp. 1102 *μέγα παραιρεῖ,* id. Troad. 1253 *μέγα δ' ὀλβισθείς.* Soph. Phil. 419 *μέγα θάλλοντες.* Aesch. Prom. 647 *μέγ' εὐδαίμων.* Eur. Alc. 742 *μέγ' ἀρίστη.* Ex conspectu exemplorum satis apparet has formas, praecipue *μέγα,* cum verbis sonandi, sentiendi, venerandi, valendi aliis, praeterea cum adiectivis et adverbiis conecti solitas esse.

Adverbia temporalia Euripides admisit haec: *ἀρτίως, εὐθέως, καιρίως, συνεχῶς, ἐνδελεχῶς;* sed ne unum quidem tale quod modum procedendi indicet. Adverbia vim numeri, copiae, gradus continentia plura ceteris poetis tragicis adhibuit haec: *ἁπλῶς, ἀρκούντως, δισσῶς, ἐνδεῶς, ἐξόχως, μέσως, μετρίως, πάντως, περισσῶς, πλουσίως, σφοδρῶς, ὑπερμέτρως.*

Adverbium *ἴσως* apud Euripidem quoque significat semper *fortasse,* nisi forte duo loci excipiendi sunt: I. A. 846 *ἄμφω γὰρ οὐ ψευδόμεθα τοῖς λόγοις ἴσως,* i. e. beide zugleich; tamen ego quidem verterim: „wir beide werden ja wohl nicht . . .“. Difficilior est versus Hecubae 798 *ἡμεῖς μὲν οὖν δοῦλοί τε κἀσθενεῖς ἴσως:* hoc loco *ἴσως* ut significationem *fortasse* habeat, fieri non potest, cum de sententia affirmativa agatur. Hac causa adductus esse Nauckius videtur ut *φύσει* proponeret; ego quoque *ἴσως* pro spurio habuerim. Utroque loco sensu postulatur *ὁμῶς.*

Adverbio *ὄντως* quod Antiphon et Euripides primum adhibuerunt, eadem quae *ἀληθῶς, ἐτύμως, ἐτητύμως, δικαίως* (Sophocleo) notio inest.

More Homerico adverbium usurpatum videtur esse locis his: Suppl. 298 *ἐσιγήθη κακῶς.* Cycl. 619 *ὡς πίῃ κακῶς.* Or. 601 *εἴργασται τάδε ἡμῖν εὐδαιμόνως.* Herc. Fur. 1086 *ἤχθηρας ὧδ' ὑπερκότως.* Frgm. dub. 1132, 36 *ἐξεπέπληκτο σφοδρῶς.*

Adverbium cum verbo *λέγειν* conexum duplici munere fungebatur; nam

1. instar obiecti positum est,
2. modum quo quid dicitur indicavit.

Exempla offeram haec:

κακῶς λέγειν maximam partem significat *maledicere,* i. e. germanice „schmähen“, sed tribus locis Hec. 293, Hel. 1392, Troad. 1054 *male loqui,* i. e. „ungeschickt reden“.

καλῶς λέγειν apud Euripidem habet semper notionem „schön reden“, e. g. Hel. 141, 158, 298, 441; Heracl. 726; Suppl. 332; nusquam „Schönes reden von jemandem“, i. e. „loben“.

Huc spectat *κακῶς κλύειν* s. *ἀκούειν*, quae verba respondent illi *κακῶς λέγειν* quod significat „schmähen“; itaque vertendum est „in schlechtem Rufe stehen“, cf. Alc. 726, 961; Hel. 968; El. 1040; Heracl. 718; Herc. Fur. 173.

καλῶς κλύειν s. *ἀκούειν* nusquam inveni. Sed quo modo quid auditur ut indicarent, et hic poeta et alii adhibuerunt accusativos neutrius generis; e. c. Eur. Ion 533 *οὐκ ἄρ' ὀρθ' ἀκούομεν.* Soph. O. T. 903 *ἀκούεις ὀρθά.* Aesch. Suppl. 910 *ἀκούετ' ὀξύ,* contra participium sibi postulavit adverbium huius modi ut (Eur.) Rhes. 656 *τορῶς ἀκούσας.* Cf. Ion 717 *λαιψηρὰ πηδᾷ* et saepius, sed Med. 830 *ἁβρῶς βαίνοντες.*

Iuncturae *καλῶς* et *κακῶς πράττειν* quibus vis intransitiva inest, adeo in unam vocem concreverunt id quod illustratur exemplis his: Ion 1512 sqq. *ὦ μεταβαλοῦσα μυρίους ἤδη βροτῶν καὶ δυστυχῆσαι καὖθις αὖ πρᾶξαι καλῶς τύχη;* fragm. 443, 2 *τοῖς τε πράσσουσιν καλῶς καὶ τοῖς δυστυχοῦσιν.*

Valde miror quod Euripides admisit *ψευδῶς* verbo *λέγειν* adiunctum: I. A. 1005 *ψευδῶς ἐρεῖν,* ibid. 1309 *ψευδῶς ἔλεγον* et *ἡδέως* verbo *γελᾶν* additum: Troad. 406 *ὡς ἡδέως γελᾷς.*

Duplicia adverbia de quibus vide supra pg. 90 et 100, apud hunc poetam offendi saepius *ὡς αὔτως*, e. c. Andr. 673, I. T. 833, Med. 319; semel *ὡς ἀληθῶς* Or. 739. Ego quidem contra Foxii sententiam censuerim hac in locutione *ὡς* particulam cum coepta est usurpari, notionem „wie“ habuisse; tali exclamatione vis ipsius adverbii *ἀληθῶς* augebatur, unde id effectum est ut *ὡς* paulatim significaret nihil nisi „sehr“. Quod si ita est,

servata est illa significatio locis his: Herc. Fur. 1375 *ὡς ἀθλίως πέπραγα.* Troad. 406 *ὡς ἡδέως γελᾷς* (cf. pg. 103). Andr. 693 *ὡς κακῶς νομίζεται.*

3. De copulatione adverbiorum.

Euripides sic ut alii in verbis *πράττειν* et *δρᾶν* adhibendis discrimen bene novit. Verbum enim *πράττειν* cum adverbio coniunctum, si obiecto caret, ubique notionem intransitivam habet, quam iuncturam in summis deliciis habitam esse demonstrant loci hi:

ἀθλίως: Herc. Fur. 707, 1375; Or. 87, 449.

εὐτυχῶς: Heracl. 499.

κακῶς: Alc. 961; Andr. 77, 1283; Bacch. 1033; Hec. 56, 957; Hel. 418, 464, 1448; El. 807; Heracl. 27; Herc. Fur. 1113, 1220; I. A. 541; Or. 721, 1553, 1599; Rhes. 804; Troad. 608; Phoen. 1624; frgm. 81, 1; 130, 1; 165, 1; 406, 2; 409, 2; inc. fab. fragm. 957; fragm. dub. 1109, 4.

καλῶς: Hec. 820, 957; Suppl. 728; I. T. 353, 668, 1185; Ion 703, 1595; Phoen. 1212; Med. 500, 975; fragm. 9, 2; 287, 3; 443, 2; 564, 1; 644, 1; 798, 1; fragm. dub. 1131, 3;

in canticis:

κακῶς: Alc. 247 (*κ. πεπραγότας*: participium postulavit adverbium).

Πράττεσθαι ita usurpatum est ut significet *deleri:* Med. 364 *κακῶς πέπρακται.* Rhes. 756 *κακῶς πέπρακται;* eiusdem verbi significatio quae est *fieri* invenitur nusquam nisi fragm. 264, 1 *τὰ οὐκ ὀρθῶς πρασσόμενα.*

Docent exempla quae adscripsi *πράττειν* tantummodo adverbiis *ἀθλίως, εὐτυχῶς, κακῶς, καλῶς* copulatum esse, contra *ἔχειν* pluribus; et nonnulla quidem adverbia poeta non nisi cum verbo *ἔχειν* conexa admisit. Adfero exempla

ex dialogis:

ἀθλίως: Hel. 1284; Or. 295.

αἰσχρῶς: El. 1051.

ἄλλως: Hec. 626; Hel. 1421.

ἀμηχάνως: fragm. 572, 5; *ἀμηχ.* hoc uno loco occurrit.

ἀναγκαίως: Bacch. 1351; Hel. 512, 1399; Herc. Fur. 502; Cycl. 32; Or. 715; Phoen. 358; fragm. 757, 5; I. A. 724; uno loco Herc. Fur. 859 ad aliud verbum apponitur.

ἀξίως: El. 1016.

ἀπαιδεύτως: Ion 247; hoc uno loco.

ἀπόρως: I. A. 55; hoc uno loco.

ἀραρότως: Med. 1192; hoc uno loco.

ἀρεσκόντως: I. T. 581; hoc uno loco.

ἀρκούντως: Hec. 318; uno loco, qui accedit, Rhes. 499 adiectivo adiunctum.

ἀσφαλῶς: Hel. 893; Phoen. 117.

γενναίως: I. A. 1402.

δεινῶς: I. A. 1257, 1258.

δικαίως: Hec. 1254.

δυσκρίτως: fragm. 365; hoc uno loco.

εἰκότως: I. T. 911; Or. 737.

ἐνδεῶς: inc. fab. fragm. 898, 8.

ἐπικινδύνως: fragm. 682, 1; hoc uno loco.

ἡδέως: I. A. 483; Ion 647; sed Ion 1602.

ἡσύχως: Suppl. 305.

κακῶς: Hipp. 681; I. T. 691; Med. 533; fragm. 285, 17; 483, 2.

καλῶς: Bacch. 287, 1263; Hel. 761, 1579; Med. 756, 777; Troad. 268; Phoen. 1202; fragm. 25, 1; 333, 1; inc. fab. fragm. 1065, 1; Hec. 854; Hipp. 50; I. T. 604, 1057; Med. 312; fragm. 21, 4; inc. fab. fragm. 1058, 1; Suppl. 527; inc. fab. fragm. 953, 24; Suppl. 1082; I. A. 1009; I. T. 467; I. A. 403; I. T. 1051; fragm. 707; I. T. 1195; fragm. 832, 2; Herc. Fur. 599; I. A. 724; Ion 417; Or. 1216, 1278; sed Med. 732.

λυπηρῶς: Bacch. 1262; hoc uno loco.

ὀρθῶς: Bacch. 938; Ion 1025; Heracl. 745; Suppl. 335; Bacch. 838; Hipp. 94.

ῥᾳδίως: I. A. 447.

σαφῶς: fragm. dub. 1132, 42;

in canticis et in anapaesticis partibus poeta has iuncturas prorsus evitavit.

Cum verbo substantivi *εἶναι* adverbium coniungere non veritus est Euripides; huc non pertinent exempla talia ut Heracl. 997 *ἐτητύμως ἄνδρα ὄντα.* Herc. Fur. 56 *ὄντες σαφεῖς ὀρθῶς*, ibid. 1293 *συγγενῶς δύστηνος ὤν.* Alc. 802 *ἅπασίν ἐστιν οὐ βίος ἀληθῶς ὁ βίος, ἀλλὰ συμφορά.* Inc. fab. fragm. 593, 9 *ἴσως ἄφρων οὖσα*, similiter: Med. 1240 *πάντως σφ' ἀνάγκη* (scil. *ἐστίν*) *κατθανεῖν.* Ion 806 *φροῦδος* (scil. *ἐστίν*) *λαθραίως*, sed loci hi: Suppl. 1224 *κοὐκ ἔστιν ἄλλως*, cf. Med. 814. Inc. fab. fragm. 953, 37 *ἐστὶν εἰκότως.* Herc. Fur. 1292 *κακῶς ἐστιν.* Hec. 732 *εἴ τι τῶνδ' ἐστὶν καλῶς.* Hel. 1273 *καλῶς ἂν εἴη*, cf. Heracl. 369. I. A. 441 *τὰ δ' ἄλλ' ἔσται καλῶς*, cf. Or. 1106. Heracl. 1055 *καθαρῶς ἔσται*, quibus locis *εἶναι* eandem quam illud *ἔχειν* notionem habet; differunt vero duo loci ubi significat *exstare:* Hel. 709 *οὖσα ἀληθῶς.* Herc. Fur. 1345 sq. *δεῖται γὰρ ὁ θεός, εἴπερ ἔστ' ὀρθῶς θεός, οὐδενός.*

Metri rationibus coactus esse videtur poeta ut audacissime adhiberet adverbia vel adiectiva praedicativa his locis qui sequuntur:

Suppl. 464 *κακοῖσιν ὡς ὅταν δαίμων διδῷ* ‖ *καλῶς* (exspectamus *καλά*).

I. T. 668 ‖ *ὡς κοινὰ πράσσουσ', Ἄργος εἰ πράσσοι καλῶς* (exspectamus *κοινῶς*).

Herc. Fur. 509 ‖ *ὀνομαστὰ πράσσων* (exspect. adverbium).

Alc. 605 *κεδνὰ πράξειν* (exspect. adverb.).

Ion 1462 ‖ *τοὐμὸν λέγουσα καὶ τὸ σὸν κοινῶς λέγεις* (exspectamus *κοινά*).

Denique adverbium cum substantivo copulatum nusquam occurrit nisi

Med. 1178 *ὥρμησεν ἡ δὲ πρὸς τὸν ἀρτίως πόσιν.*

Conclusio.

Iam ad finem opusculi perveni; restat ut quae exposui breviter complectar.

Primum disputavi de origine et formatione adverbii in *-ως* cadentis. Neque vero huius loci est iterum de hac difficillima

quaestione referre, sed vide quae comprehendi in prioris capitis fine pag. 14—18 et pag. 28—32.

In altero opusculi capite disserui de inconstanti horum adverbiorum usu apud scriptores obvio. Tabellis in pag. 16 et 17 constitutis praeclare illustratur numerum adverbiorum per saecula mirum in modum auctum esse. Occurrunt enim in Iliade millenis in versibus non nisi tria exempla, apud Aeschylum circa viginti quinque, apud Isocratem fere quinquaginta.

Ex iis quae protuli historiam adverbiorum in universum erui posse puto fere hanc: Primum, non multo ante Homeri aetatem, orta sunt adverbia a stirpibus in *ο* cadentibus derivata; quae qua ratione ficta sint conferas quae in pag. 14 sq. iudicavi. Deinde per eorum analogiam in usum loquendi venire coeperunt adverbia ea quae ab adiectivis stirpium in *ς* exeuntium formata sunt. Sed tenendum est et haec et illa adverbia imprimisque quae ad adiectiva stirpium in *τ, υ, ν* desinentium referenda sunt, Homeri temporibus propemodum insolita fuisse; numerus enim huius modi adverbiorum quae offert hic poeta est minimus atque quae occurrunt perraro admissa sunt. Consentaneum est copiam adverbiorum decursu temporum magis magisque auctam esse. Statuo quidem quamquam id exemplis comprobare non possum, adverbia quaedam in ipso cottidiano vitae usu iam inde ab antiquis temporibus recepta fuisse, quia sermo eis carere vix potuit et pronus esse debuit ad talia conformanda; dico adverbia qualia sunt *καλῶς, κακῶς, αἰσχρῶς, ὀρθῶς, ῥᾳδίως, σαφῶς*. Quae deinde ex ore populi nondum ab Homero, sed post eum paulatim in sermonem poeticum inducebantur a poetis elegiacis et iambicis, a melicis quibusdam, a Sophocle et Euripide. Nec vero tacendum est plurimos horum poetarum ipsa illa adverbia quae sermo volgaris receperat reformidasse eorumque loco propria ipsorum ratione novasse; cuius rei perspicuum exemplum praebet Aeschylus. Ceterum scriptores adverbia prout genus dicendi postulabat, aut valde adamabant aut quam maxime devitabant ut infra pag. 128 videbis.

Nec non respiciendum est adverbia a stirpibus in *τ, υ, ν* exeuntibus multo posteriore aetate formata esse quam quae ab adiectivis stirpium in *ο* et *ς* cadentium derivata sunt. Omnino Graecis displicuisse videtur ex horum similitudine illa

adverbia fingere id quod numeri in pag. 16 conscripti docent. Inde factum est ut adiectiva *μέγας, τάλας, ἄκων, ἑκών* sim. adverbiis propriis prorsus careant atque adverbia qualia sunt *πάντως, πρεπόντως, ταχέως, βραδέως, γλυκέως, ἡδέως, προφρόνως, τλημόνως, μειζόνως* et ipsa raro inveniantur. Eiusmodi adverbiis eorumque analogia duce etiam adverbiis stirpium quae in *ο* et *ς* exeunt, cum aliae voces tum adiectiva praedicativa substituta sunt (cf. supra pg. 15, 34, 45, 46, 63, 67, 70, 71, 85, 86, 97, 101, 117 sqq., 121 sq., 123). Valde autem dolet me accuratius hoc loco agere non potuisse de ipsa hac consuetudine syntactica qua adiectivum praedicativum substituebatur; quam velim statim exoriatur aliquis ut fusius tractet. Utique dubitari non debet quin Latini poetae in hoc usu adiectivi praedicativi vice adverbii fungentis Graecos imitati sint; hanc enim figuram elegantissime perpolitam atque ad artem quandam excultam esse a poetis Latinis dactylicis subtiliter demonstravit H. Priess[1]).

Praeterea dilucide apparet quam nihil sibi constiterint scriptores Graeci in adverbiis adhibendis. Diligentissime enim adverbia devitaverunt Pindarus aliique poetae chorici ea causa, quod sermonis elati proprium est quam maxime respuere adverbia quae ariditatem quandam vel sobrietatem, quam fugiunt vates, prae se ferant; simile quid invenimus in tragoediarum canticis. Neque multo saepius occurrunt adverbia in Homeri carminibus, in narrationibus poetarum tragicorum et apud Thucydidem, cuius rei causa posita est in eo quod horum scriptorum genus referendi indigebat adverbiis non ita multis. Spississima vero exstant in fabularum scaenicarum diverbiis imprimisque stichomythiis quae vocantur atque apud oratores adverbia quippe quae propter brevitatem suam commendabantur quam maxime. Quod ut numeris illustrem, adhibuerunt adverbium millenis in versibus Pindarus 7^iens^, Homerus in Iliade 11^iens^, Thucydides 36^iens^, Euripides in diverbiis 39^iens^, Isocrates in Panegyrico 89^iens^, Ps.-Xenophon et Antiphon 95^iens^.

Deinde ostendi nonnulla adverbia genuinas significationes non semper conservasse, sed postea in alias notiones abisse,

---

1) dissertatione in pag. 64 laudata.

quae singula ut hoc loco denuo enumerem fieri non potest vide pg. 32, 56, 60, 62, 70, 71, 86, 99 sq.

Denique quod ad copulationes adverbiorum attinet, aliis quas supra pg. 42 sqq., 54 sq., 63 sqq., 71 sq., 86 sqq., 100 sqq., 122 sqq. conscripsi et disposui praetermissis breviter monendum est tantummodo hoc: Adverbia cum verbis intransitivis conexa priora, cum transitivis obiecti loco copulata recentiora fuisse videntur. Praeterea permultis exemplis quae apud omnes scriptores occurrunt, propositis clare demonstrasse spero quantum imprimis participia et adiectiva nec non et adverbia ipsa substantivis apposita valuerint ad adverbia in -*ως* cadentia adhibenda vel etiam conformanda (cf. pg. 44 sq., 54, 63, 64 sq., 72, 83, 90 sq., 97, 123, 124). Hic igitur fere fons primarius vocari potest unde cogente ipsa sententiae structura eorum numerus exundantis fluminis instar accrevit.

Superest ut moneam me hoc in opusculo de adverbiorum usu apud Aristophanem, Antiphontem, Thucydidem, Isocratem obvio pluribus verbis agere non potuisse; quae autem apud eos adverbiorum frequentia sit, luculenter apparet ex tabellis quas pag. 16 et 17 proposui; praeterea conferas quae a me passim de eis in paginis 31, 81, 97, 115, 116, 120, 121, 122, 128 adnotata vel disputata sunt.

Corrigendum

pg. 48 l. 17 ... *Λ* 387 in *Λ* 327.

Index locorum de quibus actum est.

Vita.

Natus sum Ferdinandus Augustus Ludovicus Iber in vico provinciae Hasso-Nassoviae cui nomen est Welferode die XXIV mensis Februarii anni MDCCCXCI patre Ferdinando matre Carolina e gente Heuser quibus gaudeo superstitibus. Fidem profiteor evangelicam; civis Borussus sum.

Litterarum elementis in ludo Rolfshageni vici Schaumburgensis imbutus gymnasium Rintelense frequentavi a vere anni MCMI. Maturitatis testimonium adeptus anno MCMIX Marpurgum me contuli ut studiis philologis et historicis me dederem. Ter senis mensibus post academiam Monacensem adii ubi non diutius sex mensibus commoratus Marpurgum reverti. Die XXVII mensis Januarii anni MCMXII praemium academicum rettuli. Hic quoque examen rigorosum superavi die XVII mensis Januarii anni MCMXIV; abinde usque ad diem promotionis Marpurgi versatus sum.

Docuerunt me viri doctissimi Monacenses: Burger, Crusius, v. d. Leyen, Voll, Wolters; Marpurgenses: Birt, Boehmer, Brackmann, Busch, Elster, Heitmüller, Jacobsohn, Jaensch, Chr. Jensen, Kalbfleisch, Klebs, Maass, Mirbt, Natorp, Rade, v. d. Ropp, Schücking, Schwarz, Simons, Stengel, v. Sybel, Thiele, Thumb.

Ad proseminarium philologum me admisit Thiele per duo semestria. Seminarii philologi ut per ter senos menses sodalis essem ordinarius, benevolentia factum est Birtii Maassii Kalbfleischii directorum. Seminarii historici aditum mihi benigne patefecerunt Klebs per quinque semestria, Busch per sex menses. Praeterea exercitationibus historicis ut interessem, concessit Stengel atque grammaticis Jacobsohn per singula semestria.

Quibus omnibus viris optime de me meritis quantam gratiam debeam non obliviscar; imprimis vero gratias ago semperque habebo maximas Theodoro Birt qui ad hanc materiam tractandam me invitaverit neque umquam in opusculo perficiendo opera et consilio me adiuvare destiterit.